



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXVII. De gratia. Et habet ar. septem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

In septem articulos diuisa.

- ¶ Primo, Vtrum gratia sit quid creatum positiuè in anima.
- ¶ Secundo, Vtrum gratia gratum faciens sit idem quod charitas.
- ¶ Tertio, Vtrum aliqua creatura possit esse causa gratiæ.
- ¶ Quarto, Vtrum sacramenta nouæ legis sint gratiæ causa.
- ¶ Quinto, Vtrum in homine vno sit tantum vna gratia gratum faciens.
- ¶ Sexto, Vtrum gratia sit in essentia animæ, sicut in subiecto.
- ¶ Septimo, Vtrum gratia sit in sacramentis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia sit aliquid creatum positiuè in anima.

QVAESTIO est de gratia, & primo queritur, vtrum gratia sit aliquid creatum positiuè in anima. & videtur quod non: quia secundum Aug. sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ: sed anima est vita corporis nulla alia forma mediante, ergo similiter Deus anima, & ita vita, quæ est per gratiam, non est per aliquam formam creatam in anima existentem.

¶ 2 Præt. Gratia gratum faciens de qua loquimur, nihil aliud esse videtur, quam id, secundum quod homo est Deo gratus: sed homo dicitur esse Deo gratus, secundum quod acceptatus est a Deo: acceptatus autem dicitur aliquis per Dei acceptationem, quæ quidem est in ipso, sicut & aliquis dicitur homini acceptus non per aliquid quod sit in accepto, sed per acceptationem quæ est in acceptante. ergo gratia nihil ponit in homine, sed in Deo tantum.

¶ 3 Præt. Per esse spirituale gratiæ magis Deo appropinquamus, quæ per esse naturale: sed esse naturale Deus in nobis fecit nulla alia causa mediante, quæ immediate nos creauit, ergo & esse spirituale gratiæ facit in nobis nullo alio mediante, & sic idem quod prius.

¶ 4 Præt. Gratia est quædam animæ sanitas: sanitas autem in sano nihil aliud videtur ponere quam ipsos humores adæquatos. ergo & gratia non ponit aliquam formam in anima: sed præsupponit potentias animæ æqualitate iustitiæ adæquatas.

¶ 5 Præt. Gratia nihil aliud esse videtur, quam quædam liberalitas: idem enim esse videtur gratis dare, quod liberaliter dare: liberalitas autem non est in accipiente, sed in dante. ergo & gratia est in Deo qui nobis sua bona dat, non autem in nobis.

¶ 6 Præt. Nulla creatura animæ Christi est nobilior: gratia autem est nobilior, quia per gratiam anima Christi nobilitatur. ergo gratia non est aliquid creatum in anima.

¶ 7 Præt. Sicut se habet veritas ad intellectum, ita gratia ad affectum: vna est autem veritas secundum Anselmum quæ omnes intellectus intelligunt. ergo & vna est gratia per quam omnes affectus perficiuntur: nullum autem creatum vnum potest esse in multis. ergo gratia non est quid creatum.

¶ 8 Præt. Nihil est in genere nisi compositum: gratia autem non est composita, sed forma simplex. ergo non est in genere. omne autem creatum est in aliquo genere. ergo gratia non est quid creatum.

¶ 9 Præt. Si gratia est aliquid in anima, non vult esse nisi habitus: tria enim sunt in anima secundum Phil. in 2. Eth. potentia, habitus, & passio: gratia autem potentia non est, quia sic esset naturalis: nec est passio, quia sic respiceret irrationalem partem principaliter: sed iterum non est habitus: nam habitus est qualitas difficile mobilis secundum Phil. in prædicamentis: gratia autem facillime remouetur: quia per unum actum peccati mortalis. ergo gratia non est aliquid in anima.

¶ 10 Præt. Secundum Aug. inter animam nostram & Deum nihil creatum cadit medium: sed gratia inter animam nostram & Deum medium cadit: quia per gratiam anima nostra Deo unitur. ergo gratia non est aliquid creatum.

¶ 11 Præt. Homo est alijs creaturis nobilior & perfectior: sed alijs creaturis non apponitur aliquid supra sua naturalia ad hoc, ut a Deo acceptetur, cum tamen a Deo probata sint, secundum illud Gene. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. ergo nec homini aliquid superadditur ad sua naturalia, secundum quod dicitur Deo acceptus, & sic gratia non est aliquid positiuè in anima.

SED CONTRA est, quod dicit glo. super illud Psal. 103. Ut exhalaret faciem in oleo, gratia est quædam nitore animæ sanctum concilians amorem: sed nitore est aliquid positiuè in anima, quod est creatum. ergo & gratia.

¶ 2 Præt. Deus dicitur esse in sanctis per gratiam quodammodo spirituali prealij creaturis: non autem dicitur esse Deus nouo modo in aliquo, nisi propter aliquem effectum. ergo gratia est aliquis effectus Dei in anima.

¶ 3 Præt. Damasc. dicit, quod gratia est delectatio animæ: sed delectatio est aliquid creatum in anima. ergo & gratia.

¶ 4 Præt. Omnis actio est ab aliqua forma: sed actio meritoria est a gratia. ergo gratia est aliqua forma in anima.

RESPON. Dicendum, quod nomen gratiæ dupliciter consuevit accipi. Vno modo, pro aliquo, quod gratis datur, sicut consueuimus dicere, facio tibi hanc gratiam. Alio modo pro acceptatione, qua aliquis ab alio acceptatur: sicut dicimus, iste habet gratiam regis, quia acceptus est regi. & hæc duæ significationes ordinè habent adinuicem: non enim aliquid gratis datur nisi pro hoc quod aliquo modo ille, cui datur, est acceptus. Sic & in diuinis dupliciter gratiam dicimus, quarum vna dicitur gratia gratis data, ut donum prophetiæ & sapientiæ & huiusmodi, de qua nunc non queritur: quia constat huiusmodi esse aliquid creatum in anima. Alia uero dicitur gratia gratum faciens secundum quam dicitur homo Deo acceptus, de qua nunc loquimur: & quod hæc gratia ponat aliquid in Deo, manifestum est: ponit enim actum diuinæ uoluntatis acceptantis istum hominem. sed utrum tamen hæc ponat aliquid in ipso homine acceptato, fuit dubium apud quosdam, quibusdam assentibus gratiam huiusmodi nihil creatum in anima esse, sed solum in Deo. Sed hoc stare non potest: Deum enim acceptare aliquem uel diligere, quod idem est, nihil est aliud quam uelle ei aliquid bonum. Vult autem Deus omnibus creaturis bonum naturæ, propter quod dicitur omnia diligere, Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & omnia approbare, Gene. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, sed ratione huiusmodi acceptationis non consueuimus dicere aliquem habere gratiam Dei: sed in quantum Deus uult ei aliquid bonum supernaturale, quod est uita æterna, sicut Esa. 64. Oculus non uidit, neque audit, neque præparasti diligētibus te, unde Roma. 6. dicitur gratia

tia

chise
el do
orribi
edici.
n vo
lue in

com
fuit,
liam,
on fut
mira
tia ab
virtu
pare
i. ad
ali
crio.
orali
ori ra
hiqua

est fla
ors eb
milis
gener
tro fla
entis
uidem
impe
ali
de tri
quod
qua ha
uidum

s. & cō
rito li
fecun
merat
Deo le
uorota
na cor
piti ani
actum
corpul
r.
t specia
inter
etrah
atur, &
per do
fus, ne
noriam
m actū
n quod

ata est
eorum
& gan
ndario
atio. &
e mar
gandū
erant
cepta
narus.
A. E.

32. 110. 27
86. i.

17. de ciuit.
Dei c. 26. in
pulo. 10. 5.
de spiri
tu & anima
64. 10. 31.

Cap. 5. 105.

Qualitatis.

fr. de Trin.
in princ. 10.
mo 5.

ria Dei uita æterna: sed hoc bonum Deus non uult alicui indigno. Ex natura autem sua homo non est dignus tanto bono, cum sit supernaturale, & ideo ex hoc ipso quod ponitur aliquis Deo gratus respectu huius boni, ponitur quod sit dignus tali bono supra sua naturalia: quod quidem non mouet diuinam uoluntatem, ut hominem ad bonū illud ordinet, sed potius econuerso, quæ ex hoc ipso quod Deus sua uoluntate aliquē ordinat ad uitam æternam, præstat ei aliquid, per quod sit dignus uita æterna. Et hoc est quod dicitur Coloss. 1. Qui dignos nos fecit in partē sanctorum in lumine. & huius ratio est: quia sicut scientia Dei est causa rerum non causata a rebus, ut nostra, ita uoluntas eius est effectrix boni & non causata a bono, sicut nostra. Sic ergo homo dicitur Dei gratiam habere non solū ex hoc quod a Deo diligitur in uitā æternā, sed ex hoc quod datur ei aliquid donū, per quod est dignus uita æterna, & hoc donum dicitur gratia gratum faciens, aliter. n. in p̄tō mortali existens posset dici in gratia esse, si gratia solam acceptationē diuinā diceret, cum contingat aliquē peccatorē esse prædestinatum ad uitam æternam habendam. Sic igitur gratia gratū faciens potest dici gratis data, sed non econuerso quia non omne donum gratis datum nos dignos uita æterna facit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nulla forma media formalis uitæ corporalis. Vnde nulla forma mediantē corpore uiuificat. Deus autē uiuificat animā non sicut causa formalis, sed sicut eā efficiens: unde aliqua forma cadit media, sicut pictor album facit parietem effectiue albedine mediantē: albedo uero nulla forma mediantē: quia facit album formaliter.

AD SECUNDVM dicendum, quod ipsa acceptatio quæ est in uoluntate diuina respectu æterni boni producit in homine acceptato aliquid, unde dignus sit consequi bonum illud, quod non contingit in acceptatione humana. & secundum hoc gratia gratum faciens aliquid creatum est in anima.

AD TERTIVM dicendum, quod esse naturale per creationem Deus facit in nobis nulla causa agente mediantē: sed tamen mediantē aliqua causa formalis: forma enim naturalis principium est esse naturalis: & similiter esse spirituale gratum Deum facit in nobis nullo agente mediantē: sed tamen mediantē aliqua forma creata, quæ est gratia.

AD QUARTVM dicendum, quod sanitas est quædam qualitas corporalis ex humoribus adæquatis causata, ponitur enim in prima specie qualitatis, & sic ratio procedit ex falso.

AD QUINTVM dicendum, quod ex ipsa liberalitate Dei qua nobis bonum æternum uult, sequitur quod sit aliquid in nobis ab eo datum, quo illo bono digni efficiamur.

AD SEXTVM dicendum, quod nulla creatura simpliciter est anima Christi nobilior: sed secundum quid, omne accidens animæ est ea nobilior, in quantum comparatur ad ipsam, ut forma eius. Vel potest dici quod gratia in quantum creatum, non est nobilior anima Christi: sed in quantum est quædam similitudo diuinæ bonitatis expressior quam similitudo naturalis, quæ est in anima Christi.

AD SEPTIMVM dicendum, quod una est ueritas prima increata, a qua tamen multe ueritates quasi primæ ueritatis similitudines in mētibus creatis causant, ut dicitur gl. sup illud Psal. 11. Diminutæ sunt ueritates &c. similiter una est bonitas increata, cuius sunt multe similitudines in creatis mētibus per participationem

gratia. Tamen sciendum est, quod non eodem modo se habet gratia ad affectum, sicut ueritas ad intellectum. Nam ueritas se habet ad intellectum, ut obiectum, gratia autem ad affectum, ut forma informans. Contingit autem idem esse subiectum diuersorum, non autem eandem formam.

AD OCTAVM dicendum, quod omne quod est in genere substantiæ, est compositū reali compositione, eo quod id, quod est in prædicamento substantiæ, est in suo esse subsistens, & oportet quod esse suum sit aliud quam ipsum, alias non posset differre secundum esse ab illis cum quibus conuenit in ratione suæ quidditatis, quod requiritur in omnibus, quæ sunt directe in prædicamento: & ideo omne quod est directe in prædicamento substantiæ, compositum est saltem ex esse, & quod est: sunt tamen quædam in prædicamento substantiæ per reductionem, ut principia substantiæ subsistentis in quibus prædicta compositio non inuenitur: non enim subsistunt, ideo proprium esse non habent: similiter accidentia, quia non subsistunt, non est eorum proprie esse: sed subiectum est aliqual secundum ea. Vnde proprie dicuntur magis entis quam entia. & ideo ad hoc quod aliquid sit in prædicamento aliquo accidentis, non requiritur quod sit compositum compositione reali: sed solummodo compositione rationis ex genere, & differentia, & talis compositio in gratia inuenitur.

AD NONVM dicendum, quod quāuis per unum actum peccati mortalis gratia amittitur, non tamen facile gratia amittitur: quia habenti gratiam non est facile illum actum exercere propter inclinationem in contrarium sicut Philoſop. dicit in 5. Ethic. quod iusto difficile est operari iniuste.

AD X. dicendum, quod inter mentem nostram & Deum nihil cadit medium, nec per modum efficientis, quia immediate a Deo creatur & uiuificatur. Nec per modum obiecti beatificantis, quia ex ipsa Dei fruitione anima fit beata: potest tamen aliquid esse medium formale, quo anima Deo assimilatur.

AD XI. dicendum, quod aliæ creaturæ irrationalis acceptatur a Deo solummodo respectu bonorum naturalium. Vnde diuina acceptatio nihil in eis addit supra naturalem conditionem per quam inuismodi bonis proportionata sunt, homo autem acceptatur a Deo respectu boni supernaturalis, & ideo requiritur aliquid superadditum naturalibus per quod ad illud bonum proportionetur.

ARTICVLVS II.

Utrum gratia gratum faciens sit idem quod charitas. SECUNDO queritur, utrum gratia gratum faciens sit idem quod charitas & uidetur quod sic. Gratia. n. gratum faciens in nobis est illud Dei donum, per quod accepti sumus ei: hoc autem est per charitatem. Proverb. 8. Ego diligentes me diligo. ergo gratia gratum faciens est idem quod charitas. ¶ 2 Præ. Aug. dicit quod illud Dei beneficium quod uoluntas hominis præparatur & præuenitur, est per des: non autem informis, sed formata quæ est per charitatem. cū ergo illud beneficium sit gratia gratum faciens, uidetur quod charitas sit ipsa gratia. ¶ 3 Præ. Ad hoc Spiritus sanctus mittitur in uoluntatem ad aliquē, ut ipsum inhabitet. ergo secundū idem donum mittitur & inhabitat: dicitur autem mitti secundum donū charitatis, sicut filius secundum donum sapientiæ propter similitudinē horum donorum ad personam

11. est Glo. August. ibi. tom. 8. D. 384.

personas, dñ vero inhabitare animam Spiritus sanctus per gratiam, ergo gratia est idem qđ charitas.

¶ 4 Præt. Illud donum est gratia, per quod digni reddimur ad vitam æternam habendam: sed p charitatem redditur quis dignus vita æterna, vt patet Ioan. 14 Si quis diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei me ipsum, in qua manifestatione vita æterna consistit, ergo charitas est idem quod gratia.

¶ 5 Præt. De ratione charitatis duo possunt intelligi, scilicet quod per ea homo sit Deo charus, & quod per ea homo habeat Deū charum: per prius autē est de ratione charitatis, quod homo sit Deo charus, quam quod habeat Deum charum, vt patet 1. Ioan. 4 Non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos: sed hæc est ratio gratiæ, vt per eam aliquis sit habitu Deo gratus, ergo cum idem sit esse Deo charum quod Deo gratum, videtur quod idem sit gratia quod charitas.

¶ 6 Præt. Aug. dicit, qđ sola charitas est, quæ diuidit inter filios regni, & filios perditionis, cetera. n. dona sunt bonis malisq; cōmunia: sed gratia gratum faciens distinguit inter filios perditionis & regni, nec est nisi in bonis, ergo est idem quod charitas.

¶ 7 Præt. Gratia gratū faciens cum sit quoddam accidens, nō pōt esse nisi in genere qualitatis, nec nisi in prima specie, quæ est habitus, vel dispositio: & cū non sit scientia, non videtur esse aliud quam virtus, nec aliqua virtus potest dici gratia, nisi charitas quæ est forma virtutum, ergo gratia est charitas.

SED CONTRA. Nihil præuenit seipsum: sed gratia præuenit charitatem, vt Augustin. dicit in 2. de Prædestinatione sanctorū, ergo gratia non est idem quod charitas.

¶ 2 Præt. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris p Spiritū sanctū, q̄ datus est nobis, ergo datus Spiritū sanctū præcedit charitatē, sicut causa effectū: sed Spiritū sanctū datur secundum aliquod donum suū, ergo aliquod donum est in nobis, quod præcedit charitatem, & hoc non videtur esse aliud: quā gratia, ergo gratia est aliud quā charitas.

¶ 3 Præt. Gratia semper est in suo actū: quia semper facit hominem gratum, charitas vero non semper est in suo actū: nō enim semper habens charitatem actū diligit, ergo charitas non est gratia.

¶ 4 Præt. Charitas quādā dilectio est: dilectio autē est secundum quam diligentes sumus, ergo charitas proprie est secundū quam diligētes sumus: sed non secundū hoc sumus Deo accepti quod sumus diligētes, sed potius e conuerso: actus enim nostri non sunt causa gratiæ, sed e conuerso, ergo gratia per quam sumus Deo accepti, est aliud quam charitas.

¶ 5 Præt. Quod pluribus commune est, non inest alicui eorum ratione alicuius quod sit sibi pprium: sed producere actum meritorium est commune omni virtuti, ergo nulli conuenit secundum quod est ei proprium, & ita nec charitati: Conuenit ergo ei secundum aliquod commune sibi & omnibus virtutibus: sed actus meritorius est a gratia, ergo gratia dicit aliquid commune charitati & alijs virtutibus: sed non commune per prædicationem, vt videtur: quia sic essent tot gratiæ quod sunt virtutes, ergo est commune per modum causæ, & sic gratia est aliud per essentiam a charitate.

¶ 6 Præt. Charitas perficit animā in ordine ad obiectū diligibile: sed gratia nō importat respectum ad aliqđ obiectum: quia nec ad actū, sed ad quoddam

A esse, scilicet gratum Deo, ergo gratia nō est charitas.

RESPON. Dicendum, qđ quidam dicūt quod gratia est idem per essentiam quod virtus s̄m rem: differt autem s̄m rationem, vt virtus dicatur s̄m quod perficit hominem, & eius actum Deo acceptū reddit, & inter alias virtutes præcipue charitas est gratia secundum eos. Alij vero dicunt e contrario quod charitas & gratia per essentiam differunt, nec aliqua virtus est gratia per essentiam, & hæc opinio rationabilius videtur. Cum enim diuersarum naturarū diuersi sint fines, ad consecutionem alicuius finis in rebus naturalibus tria præexiguntur. scilicet natura proportionata ad finem illum: & inclinatio ad finem illum, quæ est naturalis appetitus finis, & motus in finem, sicut patet, quod in terra est natura quædam, per quam sibi comperit esse in medio, & hanc naturam sequitur inclinatio in locum medium, secundum quam appetit naturaliter talem locum, cum extra ipsum per violentiam detinetur, & ideo nullo prohibente semper deorsum mouetur. homo autem s̄m naturam suam proportionatus est ad quendam finem, cuius habet naturalem appetitum, & secundum naturales vires operari potest ad consecutionem illius finis, qui finis est aliqua cōtemplatio diuinorum, qualis est homini possibilis s̄m facultatem naturæ, in qua philosophi ultimam hominis felicitatem posuerunt: sed est aliquis finis, ad quem homo a Deo præparatur naturæ humanæ proportionem excedens, scilicet vita æterna, quæ consistit in uisione Dei per essentiam, q̄ excedit proportionē cuiuslibet naturæ creatæ, soli Deo connaturalis existens: unde oportet qđ homini detur aliquod, non solū per quod operetur ad finē, uel per qđ inclinē eius appetitus in finē illum, sed per quod ipsa natura hominis eleuetur ad quandā dignitatem, s̄m quā talis finis sit ei cōpetens, & ad hoc datur gratia: ad inclinandum aut affectum in hunc finem datur charitas, ad exequendum aut opera, quibus prædictus finis acquiritur, dantur alie virtutes: & ideo sicut in rebus naturalibus est aliud natura ipsa quā inclinatio naturæ, & eius motus, uel operatio, ita & in gratuitis est aliud gratia a charitate, & a ceteris virtutibus, & qđ hæc cōparatio sit recte accepta, patet per Dion. in 2. c. Cel. Hier. ubi dicit, quod non potest aliquis habere spiritualement operationem nisi prius esse spirituale accipiat: sicut nec operationem alicuius naturæ, nisi prius habeat esse in natura illa.

AD PRIMUM ergo dicendum, qđ Deus amat diligentes se, non tamen ita quod dilectio se cōgenitum sit rō, quare ipse diligat: sed potius e conuerso. AD SECUNDUM dicendum, quod fides dicitur esse gratia præueniens, in quantum in motu fidei primo apparet gratiæ præuenientis effectus. AD TERTIUM dicendum, qđ tota Trinitas in nobis habitat per gratiam: sed specialiter alicui personæ appropriari potest inhabitatio per aliquod aliud speciale donum, quod habet s̄m similitudinem cum ipsa persona, ratione cuius persona mirri dicitur. AD QUARTUM dicendum, qđ charitas non sufficeret ad merendum bonum æternum, nisi p̄supposita idoneitate merentis, quæ est per gratiam, aliter enim dilectio nostra nō esset rāo p̄mio condigna. AD QUINTUM dicendum, qđ nō est in cōueniē aliqđ esse prius s̄m rem, quod in posterius est de ratione alicuius hominis, sicut prius est causa sanitatis, quā ipsa sanitas in sanitate subiecto: & tamen sanum per prius significat habentē sanitatem quā sanitatis

Parā a priuilijs.

1. de Trin. c. 1. q. 2. p. 1.

In 1. de bo. q. 1. c. 1. p. 1.

1. de Trin. c. 1. q. 2. p. 1.

ris causam. Similiter quamuis prius sit diuina dilectio, qua Deus nos diligit dilectione, qua nos eum diligimus, tamen de ratione charitatis per prius est quod Deum faciat nobis charum quam quod nos Deo charos faciat: primum enim pertinet ad dilectionem in quantum est dilectio, non autem secundum.

AD SEXTUM dicendum, quod hoc quod charitas sola distinguit inter filios perditionis & regni conuenit ei, in quantum non potest esse informis, sicut aliae virtutes, unde per hoc non excluditur gratia qua ipsa charitas formatur.

AD SEPTIMUM dicendum, quod gratia est in prima specie qualitatis quamuis non proprie possit dici habitus, quia non immediate ordinatur ad actum: sed ad quoddam esse spirituale, quod in anima facit, & est sicut dispositio quae est respectu gloriae, quae est gratia consummata. Nihil tamen simile gratiae in accidentibus animae quae philosophi sciuerunt inuenitur: quia philosophi non cognouerunt, nisi illa animae accidentia, quae ordinantur ad actus naturae humanae proportionatos. Alia concedimus, quamuis quaedam eorum non recte concludant.

ARTICVLVS III.

Utrum aliqua creatura possit gratia causa esse.

1. 2. q. 111. art. 1.

TERTIO quaeritur, utrum aliqua creatura possit esse causa gratiae, & uideatur quod sic. Io. 20. Dominus dixit discipulis suis, Quorum remisistis peccata remittuntur eis, ex quo patet quod homines possunt peccata remittere: sed peccata non remittuntur, nisi per gratiam, ergo homines possunt gratiam conferre.

Ante med. & c. 5. eccl. Habet ubi agitur de sacerdotibus

¶ 2 Præf. Dion. dicit 4. cap. Cæl. Hierar. quod sicut corpora soli propinquiora lumen ab eo recipiunt, & in alia corpora transfundunt, ita substantiae Deo appropinquantes eius lumen plenius recipiunt & alijs tradunt: sed lumen diuinum est gratia, ergo creatura quaedam plenius gratiam recipiētes, possunt eam alijs tradere.

Ca. 4. de di. nomi. circa principium.

¶ 3 Præf. Bonum secundum Diony. est diffusiuum sui, ergo quod plus habet de ratione boni, plus habet de ratione diffusionis: sed forme spirituales plus habent de ratione boni quam corporales, ut pote summo bono propinquiores. Cum ergo forme corporales in aliquibus creaturis existerent sicut principium suae communicationis in similitudine speciei, multo magis qui habet gratiam poterit in alio gratiam causare.

Cap. 7. eccl. Hier. a me.

¶ 4 Præf. Sicut effectus perficitur diuino lumine gratiae, ita intellectus perficitur lumine veritatis: sed lumen intellectus una creatura potest alteri præbere, quod patet ex hoc, quod secundum Dion. superiores angeli inferiores illuminant, quae quidem illuminatio secundum ipsum est diuinæ scientiae assumptio, ergo gratia potest rationalis creatura alij præbere.

¶ 5 Præf. Christus est caput nostrum secundum humanam naturam: sed capitis est sensus & motus in membra diffundere, ergo Christus secundum humanam naturam diffundit spirituales sensus & motus, per quos gratiae intelliguntur secundum Aug. in membra corporis mystici. Sed dicendum, quod Christus secundum humanam naturam per ministerium gratiam in homines effudit.

¶ 6 Sed contra. Christus præ alijs omnibus singulariter est caput ecclesiae: sed per modum ministerij operari ad gratiae collationem conuenit alijs ecclesiae ministris, ergo ad rationem capitis non sufficit, quod gratiam infundat per modum ministerij.

F ¶ 7 Præf. Mors & resurrectio Christi conuenit ei secundum humanam naturam: sed sicut dicitur super illud Psalm. 29. Ad uesperum demorabitur stertus, resurrectio Christi est causa resurrectionis animae in presenti & corporis in futuro: resurrectio autem animae in presenti est per gratiam, ergo Christus secundum humanam naturam est causa gratiae.

¶ 8 Præf. Forma substantialis quae dat esse, & uiuere est nobilior forma accidentali qualibet: sed aliquid agens creatum potest in formam substantialem quae dat esse & uiuere. Sicut vegetabile & sensibile ergo multo fortius potest in formam accidentalem quae est gratia.

G Sed dicebatur, quod ideo gratia creatura causare non potest, quia cum non educatur de potentia materiae non fit nisi per creationem, creare autem est infinita potentia propter infinitam distantiam inter ens & nihil, & sic nulli creaturae potest competere.

¶ 9 Sed contra. Infinita non est pertranse, sed distantiam quae est de ente in nihil contingit pertranse, quia creatura per seipsam in nihilum decideret, nisi manu conditoris teneretur secundum Greg. ergo inter ens & nihil, non est infinita distantia.

¶ 10 Præf. Possit creare gratiam non dicitur potestatem infinitam simpliciter: sed solum secundum quid, quod patet ex hoc, quod si diceremus Deum nihil aliud posse facere nisi gratiam, non diceremus eam potentiae infinite simpliciter: sed non est inconueniens.

H quod alicui creaturae conferatur potentia infinita secundum quid: quia ipsa gratia habet quoddammodo virtutem infinitam, in quantum infinito bono coniungit, ergo nihil prohibet quin creatura habeat virtutem causandi gratiam.

¶ 11 Præf. Ad gloriam regis pertinet, quod habeat sub se potentes & virtuosos milites, ergo ad gloriam Dei pertinet, quod qui sunt ei subiecti sint magna potentia: si ergo ponatur quod aliquis sanctus possit conferre gratiam in nullo praedudatur diuina gloria.

¶ 12 Præf. Rom. 3. dicitur. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi: sed ut dicitur Roma. 10. Fides auditu, auditus autem per uerbum Christi, cui ergo uerbum Christi sit a predicatore, uidetur quod gratia, siue iustitia sit a fidei predicatore.

I ¶ 13 Præf. Unusquisque potest alteri dare quod suum est: sed gratia siue Spiritus sanctus est alienus hominis: quia ei datur, ergo aliquis potest dare alteri gratiam siue Spiritum sanctum.

¶ 14 Præf. Nullus debet reddere rationem de eo, quod non est in potestate sua: sed praetati Ecclesiae debent reddere rationem de animabus subditorum. Hebr. vlt. Ipsi enim peruigilant tanquam rationem redditori pro animabus uestris, ergo animae subditorum sunt in potestate praetatorum, ut eas per gratiam possint iustificare.

¶ 15 Præf. Ministri Dei magis sunt accepti Deo quam ministri regis temporalis ipsi regi: sed ministri Regis possunt alicui gratiam regis conciliare, ergo ministri Dei possunt gratiam conciliare.

¶ 16 Præf. Quicquid est causa causae, est causa causati: sed sacerdos est causa impositionis manuum, quae est causa quod Spiritus sanctus deus, Actum & imponebant manus super eos, & accipiebant Spiritum sanctum, ergo sacerdos est causa gratiae in qua Spiritus sanctus datur.

¶ 17 Præf. Omnis potestas coeae creaturae ei coe communicata est: quia si Deus eam potuit, & noluit communicare fuit inuidus, sicut August. ad filij equalitatem probandam argumentatur: sed potestas coeae

rendi gratiam fuit creatura communicabilis, vt magister dicit 5. di. 4. lib. ergo potentia conferendi gratiam est communicata alicui creatura.

¶ 18 Præt. Secundum Diony. lex diuinitatis est per media vltima in Deum reducere: reductio aut creaturæ rationalis in Deum est præcipue per gratiam: ergo per superiores creaturas rationales inferiores gratiam consequuntur.

¶ 19 Præt. Magis est expellere principale quã accesorium: sed hominibus data est potestas demonum expellendi, qui sunt nobis causa malitia, vt patet Luca 10. & Matth. vlti. ergo hominibus data est potestas expellendi peccata, & ita conferendi gratiam: Sed dicendum, qd hoc facit per ministerium.

¶ 20 Sed contra, Sacerdos euangelicus est prior sacerdote legali: sacerdos autem legalis operatur per modum ministerij, ergo sacerdos euangelicus habet aliquid plus quam ministerium.

¶ 21 Præt. Aia viuunt vita naturæ, & vita gratiæ: sed vitam naturæ communicat alteri. s. corpori. ergo & vitam gratiæ potest alteri communicare.

¶ 22 Præt. Culpa & gratia sunt contraria: sed anima potest sibi ipsi esse causa culpæ. ergo potest sibi esse causa gratiæ.

¶ 23 Præt. Homo dicitur minor mundus, in quãtũ in se gerit maioris mundi similitudinem: sed in maiori mundo aliquis spiritualis effectus. s. anima sensibilis & vegetabilis est ab aliqua creatura: ergo & in minori mundo, id est in homine effectus spiritualis gratiæ est ab aliqua creatura.

¶ 24 Præt. Secundum philoso. in 4. Metaphy. perfectum est vnumquodq; quando potest alterum sibi simile facere, & loquitur de perfectione naturæ: maior autem est perfectio gratiæ quam naturæ: ergo habens perfectionem gratiæ potest alterum in gratia constitucere.

¶ 25 Præt. Actio formæ attribuitur habenti formã, sicut calefacere, qui est actus caloris attribuit igni: sed iustificare est actus iustitiæ: ergo attribuenda est iusto: iustificatio autem non est nisi per gratiam. ergo & iustus potest dare gratiam.

Sed contra est, quod Aug. dicit 15. de Trin. qd sancti viri non possunt dare Spiritũ sanctum: sed in dono gratiæ datur spiritus sanctus. ergo homo sanctus non potest gratiam dare.

¶ 26 Præt. Si habens gratiam alteri gratiam dare potest, hoc non est creando in eo gratiam ex nihilo, quia creare solius Dei est, nec iterum de gratia, quã ipse habet aliquid largiendo, quia sic sua gratia minueretur, & esset minus acceptus Deo ex hoc, qd facit opus Deo acceptum, quod est inconueniens. ergo nullo modo homo alteri gratiam dare potest.

¶ 27 Præt. Ansel. probat in lib. cur Deus homo, quod reparatio humani generis nõ poterat fieri p angelũ, quia sic esset suæ salutis debitor angelo, & nullo modo posset ad angeli æqualitatem peruenire: sed salus hominis est per gratiam. ergo idem inconueniens sequeretur, si angelus homini gratiam daret: multo autem minus homo homini gratiam daret. ergo nulla creatura potest gratiam dare.

¶ 28 Præt. Secundum August. maius est iustificare impium quam creare coelum, & terram: sed per gratiam iustificatur impius. cum igitur creare coelum, & terram nulla creatura possit, nec gratiam conferre poterit.

¶ 29 Præt. Omnis actio est per aliquam coniunctionem agentis: ad patiens: sed mentem in qua est gratia nulla creatura illabatur. ergo nulla creatura potest gratiam conferre.

A RESPON. Dicendum, qd simpliciter concedendum est, quod nulla creatura potest creare gratiã effectiue, quamuis aliqua creatura possit aliquod ministerium adhibere ordinatum ad gratiã susceptionem. Cuius ratio triplex est. Prima sumitur ex conditione ipsius gratiæ. Gratia enim, vt dictum est, est quãdam perfectio eleuans animam ad quoddã esse supernaturale: nullus autem effectus supernaturalis potest esse ab aliqua creatura duplici ratione. Primo quidem, quia eius solius est rem vltra statũ naturæ promouere, cuius est gradus naturæ statucere, & limitare, quod solius Dei constat esse. Secundo,

quia nulla virtus creata agit nisi præsupposita potestati materiæ, vel alicuius loco materiæ: potentia autem naturalis creaturæ nõ se extendit vltra perfectiones naturales, vnde nullam supernaturalem operationem aliqua creatura efficere potest, & inde est, qd miracula sola diuina virtute agente fiunt, quamuis ad miraculi expulsiõnem aliqua creatura cooperetur, vel orando, vel qualitercunque aliter ministerium adhibendo, & propter hoc nulla creatura effectiue gratiam causare potest. Secunda ratio sumitur ex operatione gratiæ. Nam per gratiam voluntas hominis immutat. Ipsa enim est, quæ preparat hominis voluntatem, vt bonum velit secundum August. voluntatẽ autem immutare solius Dei est, quãuis aliquo modo aliquis possit intellectum alterius immutare. Quod ideo est, quia cum principium alicuius actus sit potentia & obiectum, dupliciter actus alicuius potentia potest immutari. Vno modo, ex parte potentia, dum aliquis in ipsa potentia operatur, quod solius Dei est respectu potentiarũ, quæ non sunt organisi adfixa, scilicet intellectus, & voluntatis. In alijs enim potentis aliqualiter potest alius operari per accidens, secundum quod habet in organa actionem. Alio modo, ex parte obiecti, adhibendo, l. obiectum quod potentia moueat. Voluntatem autem non mouet obiectum de necessitate, nisi quod est naturaliter volitum, vt beatitudo, vel aliquid huiusmodi, quod voluntati a solo Deo proponitur. Alia vero obiecta voluntatem non ex necessitate mouent: sed intellectum mouent ex necessitate non solum prima principia naturaliter cognita: sed conclusiones, quæ non sunt naturaliter nota propter necessariam habitudinem earum ad principia, quæ s. necessaria habitudo non inuenitur ex parte voluntatis aliorum bonorum respectu boni naturaliter desiderati, cũ multipliciter salte s. m existimationem ad illud bonum naturaliter desideratum perueniri possit. Vnde intellectum sufficienter aliqua creatura potest mouere ex parte obiecti, non autem voluntatem. Ex parte vero potentia, nec intellectum, nec voluntatem, quia ergo voluntatem nulla creatura immutare potest, nec gratiã per quã voluntas immutatur aliqua creatura conferre poterit. Tertia ratio sumitur ex fine ipsius gratiæ, finis. n. proportionatur principio agenti, eo quod finis, & principium rotius vniuersi est vnum, & ideo sicut prima actio per quam res in esse exeunt, scilicet creatio est a solo Deo, qui est creatorum primũ principium, & vltimus finis, ita gratiæ collatio per quam mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a solo Deo est.

B Miracula sola diuina virtute agente fiunt, quamuis ad miraculi expulsiõnem aliqua creatura cooperetur, vel orando, vel qualitercunque aliter ministerium adhibendo, & propter hoc nulla creatura effectiue gratiam causare potest. Secunda ratio sumitur ex operatione gratiæ. Nam per gratiam voluntas hominis immutat. Ipsa enim est, quæ preparat hominis voluntatem, vt bonum velit secundum August. voluntatẽ autem immutare solius Dei est, quãuis aliquo modo aliquis possit intellectum alterius immutare. Quod ideo est, quia cum principium alicuius actus sit potentia & obiectum, dupliciter actus alicuius potentia potest immutari. Vno modo, ex parte potentia, dum aliquis in ipsa potentia operatur, quod solius Dei est respectu potentiarũ, quæ non sunt organisi adfixa, scilicet intellectus, & voluntatis. In alijs enim potentis aliqualiter potest alius operari per accidens, secundum quod habet in organa actionem. Alio modo, ex parte obiecti, adhibendo, l. obiectum quod potentia moueat. Voluntatem autem non mouet obiectum de necessitate, nisi quod est naturaliter volitum, vt beatitudo, vel aliquid huiusmodi, quod voluntati a solo Deo proponitur. Alia vero obiecta voluntatem non ex necessitate mouent: sed intellectum mouent ex necessitate non solum prima principia naturaliter cognita: sed conclusiones, quæ non sunt naturaliter nota propter necessariam habitudinem earum ad principia, quæ s. necessaria habitudo non inuenitur ex parte voluntatis aliorum bonorum respectu boni naturaliter desiderati, cũ multipliciter salte s. m existimationem ad illud bonum naturaliter desideratum perueniri possit. Vnde intellectum sufficienter aliqua creatura potest mouere ex parte obiecti, non autem voluntatem. Ex parte vero potentia, nec intellectum, nec voluntatem, quia ergo voluntatem nulla creatura immutare potest, nec gratiã per quã voluntas immutatur aliqua creatura conferre poterit. Tertia ratio sumitur ex fine ipsius gratiæ, finis. n. proportionatur principio agenti, eo quod finis, & principium rotius vniuersi est vnum, & ideo sicut prima actio per quam res in esse exeunt, scilicet creatio est a solo Deo, qui est creatorum primũ principium, & vltimus finis, ita gratiæ collatio per quam mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a solo Deo est.

C Miracula sola diuina virtute agente fiunt, quamuis ad miraculi expulsiõnem aliqua creatura cooperetur, vel orando, vel qualitercunque aliter ministerium adhibendo, & propter hoc nulla creatura effectiue gratiam causare potest. Secunda ratio sumitur ex operatione gratiæ. Nam per gratiam voluntas hominis immutat. Ipsa enim est, quæ preparat hominis voluntatem, vt bonum velit secundum August. voluntatẽ autem immutare solius Dei est, quãuis aliquo modo aliquis possit intellectum alterius immutare. Quod ideo est, quia cum principium alicuius actus sit potentia & obiectum, dupliciter actus alicuius potentia potest immutari. Vno modo, ex parte potentia, dum aliquis in ipsa potentia operatur, quod solius Dei est respectu potentiarũ, quæ non sunt organisi adfixa, scilicet intellectus, & voluntatis. In alijs enim potentis aliqualiter potest alius operari per accidens, secundum quod habet in organa actionem. Alio modo, ex parte obiecti, adhibendo, l. obiectum quod potentia moueat. Voluntatem autem non mouet obiectum de necessitate, nisi quod est naturaliter volitum, vt beatitudo, vel aliquid huiusmodi, quod voluntati a solo Deo proponitur. Alia vero obiecta voluntatem non ex necessitate mouent: sed intellectum mouent ex necessitate non solum prima principia naturaliter cognita: sed conclusiones, quæ non sunt naturaliter nota propter necessariam habitudinem earum ad principia, quæ s. necessaria habitudo non inuenitur ex parte voluntatis aliorum bonorum respectu boni naturaliter desiderati, cũ multipliciter salte s. m existimationem ad illud bonum naturaliter desideratum perueniri possit. Vnde intellectum sufficienter aliqua creatura potest mouere ex parte obiecti, non autem voluntatem. Ex parte vero potentia, nec intellectum, nec voluntatem, quia ergo voluntatem nulla creatura immutare potest, nec gratiã per quã voluntas immutatur aliqua creatura conferre poterit. Tertia ratio sumitur ex fine ipsius gratiæ, finis. n. proportionatur principio agenti, eo quod finis, & principium rotius vniuersi est vnum, & ideo sicut prima actio per quam res in esse exeunt, scilicet creatio est a solo Deo, qui est creatorum primũ principium, & vltimus finis, ita gratiæ collatio per quam mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a solo Deo est.

D Miracula sola diuina virtute agente fiunt, quamuis ad miraculi expulsiõnem aliqua creatura cooperetur, vel orando, vel qualitercunque aliter ministerium adhibendo, & propter hoc nulla creatura effectiue gratiam causare potest. Secunda ratio sumitur ex operatione gratiæ. Nam per gratiam voluntas hominis immutat. Ipsa enim est, quæ preparat hominis voluntatem, vt bonum velit secundum August. voluntatẽ autem immutare solius Dei est, quãuis aliquo modo aliquis possit intellectum alterius immutare. Quod ideo est, quia cum principium alicuius actus sit potentia & obiectum, dupliciter actus alicuius potentia potest immutari. Vno modo, ex parte potentia, dum aliquis in ipsa potentia operatur, quod solius Dei est respectu potentiarũ, quæ non sunt organisi adfixa, scilicet intellectus, & voluntatis. In alijs enim potentis aliqualiter potest alius operari per accidens, secundum quod habet in organa actionem. Alio modo, ex parte obiecti, adhibendo, l. obiectum quod potentia moueat. Voluntatem autem non mouet obiectum de necessitate, nisi quod est naturaliter volitum, vt beatitudo, vel aliquid huiusmodi, quod voluntati a solo Deo proponitur. Alia vero obiecta voluntatem non ex necessitate mouent: sed intellectum mouent ex necessitate non solum prima principia naturaliter cognita: sed conclusiones, quæ non sunt naturaliter nota propter necessariam habitudinem earum ad principia, quæ s. necessaria habitudo non inuenitur ex parte voluntatis aliorum bonorum respectu boni naturaliter desiderati, cũ multipliciter salte s. m existimationem ad illud bonum naturaliter desideratum perueniri possit. Vnde intellectum sufficienter aliqua creatura potest mouere ex parte obiecti, non autem voluntatem. Ex parte vero potentia, nec intellectum, nec voluntatem, quia ergo voluntatem nulla creatura immutare potest, nec gratiã per quã voluntas immutatur aliqua creatura conferre poterit. Tertia ratio sumitur ex fine ipsius gratiæ, finis. n. proportionatur principio agenti, eo quod finis, & principium rotius vniuersi est vnum, & ideo sicut prima actio per quam res in esse exeunt, scilicet creatio est a solo Deo, qui est creatorum primũ principium, & vltimus finis, ita gratiæ collatio per quam mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a solo Deo est.

E Miracula sola diuina virtute agente fiunt, quamuis ad miraculi expulsiõnem aliqua creatura cooperetur, vel orando, vel qualitercunque aliter ministerium adhibendo, & propter hoc nulla creatura effectiue gratiam causare potest. Secunda ratio sumitur ex operatione gratiæ. Nam per gratiam voluntas hominis immutat. Ipsa enim est, quæ preparat hominis voluntatem, vt bonum velit secundum August. voluntatẽ autem immutare solius Dei est, quãuis aliquo modo aliquis possit intellectum alterius immutare. Quod ideo est, quia cum principium alicuius actus sit potentia & obiectum, dupliciter actus alicuius potentia potest immutari. Vno modo, ex parte potentia, dum aliquis in ipsa potentia operatur, quod solius Dei est respectu potentiarũ, quæ non sunt organisi adfixa, scilicet intellectus, & voluntatis. In alijs enim potentis aliqualiter potest alius operari per accidens, secundum quod habet in organa actionem. Alio modo, ex parte obiecti, adhibendo, l. obiectum quod potentia moueat. Voluntatem autem non mouet obiectum de necessitate, nisi quod est naturaliter volitum, vt beatitudo, vel aliquid huiusmodi, quod voluntati a solo Deo proponitur. Alia vero obiecta voluntatem non ex necessitate mouent: sed intellectum mouent ex necessitate non solum prima principia naturaliter cognita: sed conclusiones, quæ non sunt naturaliter nota propter necessariam habitudinem earum ad principia, quæ s. necessaria habitudo non inuenitur ex parte voluntatis aliorum bonorum respectu boni naturaliter desiderati, cũ multipliciter salte s. m existimationem ad illud bonum naturaliter desideratum perueniri possit. Vnde intellectum sufficienter aliqua creatura potest mouere ex parte obiecti, non autem voluntatem. Ex parte vero potentia, nec intellectum, nec voluntatem, quia ergo voluntatem nulla creatura immutare potest, nec gratiã per quã voluntas immutatur aliqua creatura conferre poterit. Tertia ratio sumitur ex fine ipsius gratiæ, finis. n. proportionatur principio agenti, eo quod finis, & principium rotius vniuersi est vnum, & ideo sicut prima actio per quam res in esse exeunt, scilicet creatio est a solo Deo, qui est creatorum primũ principium, & vltimus finis, ita gratiæ collatio per quam mens rationalis immediate vltimo fini coniungitur a solo Deo est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod solus Deus remittit peccata actiue, vt patet Esa. 42. Ego sum, qd delco iniquitates tuas propter me; homines autẽ dicuntur remittere ministerio.

AD II. Dicẽdũ, qd Dion. loquitur de trãsfusione diuini luminis p modũ doctrinæ, sic. n. inferiores angeli

Art. 1. huius quæst.

In li. de gratia, & naturæ c. 27, & li. de gratia & li. arb. c. 17. 10. 7.

QVÆST. XXVII. DE GRATIA, ARTIC. III.

angeli a superioribus illuminant, quod ibi intēdit.

AD TERTIVM dicendum, q̄ non est ex defectu bonitatis gratia, quin habēs eam possit in aliū diffundere: sed est ex eius cminētia, pariter & defectu habētis: quia ipsa transcendit statum naturæ creatæ, & habens eam non ipsam participat in tanta perfectione, vt eam communicare possit.

AD QVARTVM dicendum, quod non est simile de voluntate, & intellectu, ratione iam dicta.

AD QVINTVM dicendum, quod Christus secundum qd̄ Deus, infundit gratiā effectiue: secundum quod hō, ministerio. Vnde dicitur Rom. 15. Dico aut̄, Christum Iesum ministrum fuisse &c.

AD SEXTVM dicendū, q̄ ideo Christus secundū humanā naturā præ alijs ministris caput Ecclesiæ d̄: quia præ ceteris alijs ministerium habuit, in quā tum per fidem ipsius sanctificamur, & per inuocationem nominis eius sacramentis imbuimur, & virtute passionis eius tota humana natura a peccato primi parētis purgatur, & multa alia hōi sunt, quæ Christo singulariter conueniunt.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut dicit Damasc. 3. lib. ipsa Christi humanitas fuit quasi quoddam instrumentū diuinitatis, & ideo quasi instrumentaliter ea quæ sunt humanitatis, vt resurrectio passio, & alia ad effectum diuinitatis se habent. Sic ergo resurrectio Christi non causat resurrectionē spirituale in nobis quasi causa principaliter agens, sed sicut causa instrumentalis. Vel potest dici, quod est causa nostræ resurrectionis spiritualis, inquantū per eius fidem beatificamur. vel potest dici, quod est causa exemplaris resurrectionis spiritualis, inquantum in ipsa resurrectione Christi est quædam similitudo nostræ spiritualis resurrectionis.

AD OCTAVVM dicendum, quod anima sensibilis, & uegetabilis non excedunt statum naturæ creatæ, sicut nec aliæ formæ naturales, & ideo agens naturale præsupposita potentia, quæ est in natura respectu huiusmodi formarum, potest aliquo modo in earum educationem, nō autem est simile de gratia, vt ex dictis patet.

AD NONVM dicendum, quod illa ratio non est

vsquequaque sufficiens. Nam creari proprie est rei subsistentis, cuius est proprie esse, & fieri: formæ autem non subsistentes, siue substantiales, siue accidentales non proprie creantur, sed concreantur: sicut nec esse habent per se, sed in alio: & quamuis non habeant materiā ex qua, quæ sit pars eorum, habēt tamen materiā in qua, a qua dependet, & per cuius mutationem in esse educuntur, vt sic eorum fieri sit proprie subiecta eorum transmutari. Secus autem est de anima rationali, quæ est forma subsistēs. Vnde proprie ei creari conuenit. Supposita tamen hac rōne solendum est argumentum, dicendo qd̄ falsum, & falso concludit. Ad quod dicendum, qd̄ duorum adinuicem distantia potest tripliciter se habere. Vno modo, quod sit ex vtraque parte infinita, sicut si vnus haberet albedinem infinitam, & alius infinitā nigredinem, & hoc modo est infinita distantia inter esse diuinum, & non esse simpliciter. Alio modo, ita qd̄ sit ex vtraque parte finita, sicut cum vnus habet albedinē finitam, & alter nigredinem finitā, & sic esse creatum a non esse, secundū quid distat. Tertio modo, ita quod sit ex vna parte finita, & ex alia parte infinita, vt si vnus haberet albedinē finitā, & alius infinitam nigredinem, & talis est distantia inter esse creatum, & nō esse simpliciter: quia esse creatū finitū est, nō esse autē simpliciter est infinitū, inquantum omnē defectum, qui

cogitari potest, excedit. hæc ergo distantia transiri potest ex parte illa qua finita est, inquantum ipsum esse finitum, vel acquiritur, vel perditur, non autem ex parte illa qua infinita est.

AD X. dicendum, q̄ posse causare gratiā pertinet ad potentiā simpliciter infinitam, inquantum est potentia infinita naturā, quæ est infinita, & ideo ista duo non sunt compossibilia, quod aliquis possit dare gratiam, & alia facere non possit.

AD XI. dicendum, quod ad gloriam regis pertinet potentia militum talis, & tanta, quæ eos ab eius subiectione non subtrahat, non autem si per potentiam ab eius subiectione auferentur: per potentiam autem conferendi gratiā creatura Deo equaretur, vt pote derogaret potentiam infinitam. Vnde diuinā gloriæ derogaret, si aliqua creatura talē potentiam haberet.

AD XII. dicendum, quod auditus non est causa sufficiens fidei, quod patet ex hoc, quod multi audiunt, qui non credunt: sed causa fidei est ille, qui facit credentem asserere his, quæ dicuntur, non autem ad assentiendum cogitur aliqua necessitate rationis, sed voluntate. & ideo homo exterius animatus non causat fidem, sed Deus qui solam voluntatem potest mutare: causat autem fidem in credente inclinando voluntatem, & illustrando intellectū fidei, vt non repugnet his, quæ a prædicatore proponuntur, prædicator autem se habet sicut disponens exterius ad fidem.

AD XIII. dicendum, q̄ illud quod meum est, sicut possessio, possum alij dare, non autem quod meum est, sicut forma in hærens. Non enim dare colorem, vel quantitatem meam alteri possum. Sic autem gratia hominis est, & non primo modo.

AD XIV. dicendū, q̄ prælatus quamuis nō possit dare gratiā subdito, potest tamen cooperari ad hoc, qd̄ gratia alicui datur, vel data non perdat admonendo, vel corrigendo, & ratione huius, rationem reddere tenetur de anima subdito.

AD XV. dicendū, q̄ ministri regis temporales nō conciliant regis gratiā alicui, nisi per modum intercessionis, & sic ministri Dei possunt diuinā gratiam alicui peccatori conciliare precibus impetradendo, non autem esse d̄ue causando.

AD XVI. dicendū, q̄ manus impositio nō causat Spiritus sancti aduentū: sed simul cū manus impositione Spiritus sanctus aduenit. Vnde nō dicitur, in textu, qd̄ Apostoli imponerant manus, & illi accipiebāt Spiritum sanctum: sed quod imponerant manus, & illi accipiebāt Spiritum sanctum. Si tamen impositio manuum dicat aliquo modo causā acceptionis Spiritus sancti per modū quo sacramenta sunt causa gratiæ, vt post dicit, hoc nō habebit manus impositio in quantum est ab homine, sed ex institutione diuina.

AD XVII. dicendum, quod opinio Magistrī non tenetur hic communiter, vt. l. 4. potestas creati, & iustificandi possit creaturæ conferri, quamuis etiā Magister non dicat, quod potestas iustificandi per auctoritatem possit creaturæ conferri: sed solū per ministerium. Nec tamen sequitur si communicabile est creaturæ, quod sit communicata. Cū enim dicitur, quod omne, quod est creaturæ commune, dicitur, quod omne, quod est creaturæ commune, est ei communicatū, intelligendum est de illis, quæ natura eius requirit, non autem de illis, quæ possunt esse naturalibus superadita ex sola liberalitate diuina: de his enim non apparet mutabilitate diuina: & ideo non est simile de filio. Nam de ratione filiationis est, vt filius habeat naturā generantis. Vnde si Deus pater plenitudinem suam

In corp. ar.

Lib. 3. ca. 15. inter med. & incm.

In corp. ar.

suæ naturæ filio nō communicaret, uideretur uel ad impotentiam, uel ad inuidiam pertinere, & p̄cipue secundum eos qui dicebant quod pat̄ filium necessitate naturæ generat.

Ad xviii. Dicendum, quod uerbum Dio. non est intelligendum quod infima fini ultimo coniungantur uirtute causarum mediarum, sed quia causæ mediæ disponunt ad hanc coniunctionem uel per illuminationem, uel quocūq; alio ministerio.

Ad xix. Dicendum, quod potestas illa data est Apostolis ad expellendum demones a corporib⁹, quod constat esse minus quam expellere peccatū ab anima. Nec iterum datum est eis, ut propria uirtute demones expellerent, sed per inuocationem nominis Christi impetrādo per orationem, quod patet ex hoc quod dicitur Matthæi ultimo. In nomine meo demones eiecient.

Ad xx. Dicendum, quod sacerdos legalis, nec etiam per modum ministerij ad gratiæ collationem operatur nisi remote p̄ exhortationem & doctrinam. Sacramenta. ueteris legis, quorum erat minister, gratiam non conferbant, sicut conferunt sacramenta nouæ legis quorum est minister sacerdos euangelicus, unde sacerdotium nouum est dignius uerū, ut probat apost. in epistola ad Hebr.

Ad xxi. Dicendum, quod anima aliter se habet ad uitam naturalem, & ad uitam gratiæ. Ad uitam enim gratiæ se habet, ut quod alio uiuit, ad uitam uero naturæ, ut quo aliud uiuit, & ideo uitam gratiæ cōicere non potest, sed cōicata recipit, uitam uero naturæ cōicat, nec tñ eam cōicat, nisi in quantum formaliter corpori vnitur, non est aut̄ possibile quod anima alteri animæ quæ uita gratiæ uiuere potest, formaliter unatur, unde non est simile.

Ad xxii. Dicendum, quod non est impossibile aliquod agens agere secundum suam speciem, uel infra, sed supra suam speciem nihil agere potest. Gratia autem est supra naturam animæ, culpa uero est uel iuxta naturam respectu animalis partis, uel infra naturam respectu rationis, unde non est simile de culpa & gratia.

Ad xxiii. Dicendum, quod in minori mundo, si hōie aliquod accidens spirituale quod naturā non excedit uirtute creata aequaliter causatur, si scientia a doctore in discipulo, non autem gratia, quia naturam excedit. Anima uero sensibilis & uetgetabilis infra naturalem ordinem continetur.

Ad xxiiii. Dicendum, quod perfectio gratiæ potior est perfectione naturæ ex parte formæ perfectioris, non aut̄ ex parte perfectibilis. Nam quodā modo perfectius possidet quod est naturale, quam quod est supra naturam, in quantum est naturali uirtuti actiue proportionatum, cuius proportionem donum supernaturale excedit naturale, & ideo propria uirtute non potest aliquod donum supernaturale transfundere, quamuis possit facere sibi simile in natura. Nec tñ hoc uniuersaliter uerum est quia perfectiores creaturæ sibi simile facere non p̄nt, ut sol non potest producere alium solē, nec angelus alium angelum: sed hoc tñ uerum est in corruptibilibus creaturis, quibus uis generatiua diuinitus est prouisa, ut continuē esse s̄m sp̄m, quod secundum inuidium continuari non potest.

Ad xxv. Dicendum, quod duplex est actus formæ. Vn⁹ quod est operatio, ut calefacere quod est actus sc̄ds. & talis actus formæ supposito attribuit. Alius uero act⁹ formæ est materiæ informatio, quod est act⁹ primus, sicut uiuificare corpus est actus aīæ, & talis actus supposito formæ n̄ attribuit. Sic aut̄ iustificare est actus iustitiæ, seu gr̄e.

ARTICVLVS IIII.

Verum noue legis sacramenta sint causa gratiæ.

Quarto quaeritur, utrum sacra nouæ legis sint causa gratiæ, & uideretur quod non. Sicut enim dicit Bernar. in sermone de Coena Domini, Sicut Canonicus per librū, Abbas per baculum, Episcopus per anulum inuestitur, sic diuisiones gratiarū diuersis sunt traditæ sacramentis: sed liber non est causa canonicatus, nec baculus Abbatie, nec anulus Episcopatus, ergo nec sacramenta gratiæ.

¶ 2 Præ. Si sacm est causa gratiæ, aut principalis, aut instrumentalis, non autem principalis, quia sic solus Deus gr̄a est causa, ut dictum est. Nec iterum ut instrumentalis, quia omne instrm̄ habet aliquam actionem naturalem, circa quod instrumentaliter operat̄, sacramentum autem cum sit quid corporale, non potest aliquam naturalem actionem habere circa animam, quæ est gratiæ susceptiua, & sic instrumentalis causa gratiæ esse non potest.

¶ 3 Præ. Ois causa actiua, uel est perfectiua, uel dispositiua, ut ex uerbis Auicē. haberi potest: sed sacm̄ non est causa gratiæ perfectiua, quia sic esset causa gratiæ principalis. Nec iterum dispositiua, quia dispositio ad gr̄am est in eodem in quo est gratia, sicut licet in anima, ad quam res corporalis nō attingit, ergo sacramentum nullo modo est causa gratiæ.

¶ 4 Præ. Si est causa gr̄e, aut per propriam uirtutem, aut per aliquam superadditam, non per propriam uirtutem, quia sic quælibet aqua sanctificaret sicut aqua baptismi: similiter nec per aliquam uirtutem superadditam, quia omne quod recipitur in altero, recipitur in eo per modum recipientis, & sic cum sacm̄ sit materiale elementum, ut Hug. de S. Viēt. dicit, non recipiet nisi uirtutem materiale quæ non sufficit ad productionem formæ spiritualis, ergo sacramentum nullo modo est causa gratiæ.

¶ 5 Præ. Illa uirtus suscepta in materiali elemento, aut erit corporea, aut incorporea, si incorporea cū sit accidens quoddam & subiectū eius sit corpus, accidens erit dignius subiecto, nam incorporeū corpore nobilius est: aut sit uirt⁹ corporea, & causat gr̄am quæ est forma sp̄ialis & incorporea, sequitur quod effectus sit nobilior causa, quod iterū est impossibile, ergo impossibile est, quod sacm̄ gr̄am causet. Si dicatur quod huiusmodi uirtus superaddita non est quid cōpletum in aliqua specie, sed quoddam incompletum.

¶ 6 Sed cōtra, incompletum nō potest esse causa cōpletæ: gr̄a autem quoddam completum est, ergo huiusmodi uirtus incompleta causa gratiæ esse non potest.

¶ 7 Præ. Perfectum agens debet h̄re perfectum instrumentum: sacra autem agunt, ut instrumenta Dei, qui est agens perfectissimum, ergo debent esse perfecta, & habere perfectam uirtutem.

¶ 8 Præ. Sc̄dm Dion. in 5. c. Cel. Hier. Lex diuinitus est per prima media, & per media ultima adducere, ergo contra legem diuinitatis est, ut per ultima reducatur media, uel prima in Deum: sed in ordine creaturarum corporales sunt ultime, substantiæ uero spirituales sunt primæ. ergo non est conueniens, quod per corporalia elementa gratia humanæ menti conferatur, qua reducitur in Deum.

¶ 9 Præ. Aug. in li. 83. Quest. distinguit duplicem Dei actionem. Vnam, quam operatur per subiectam creaturam, & aliam quæ per scriptum immediate facit, & h̄mōi est illuminare animas: sed gr̄am conferre animæ est eam illuminare, ergo Deus non utitur sacro, quasi instr̄o medio ad gratiam conferendam.

¶ 10 Præ. Si aliqua uirtus elementari materiali conferatur, per quam possit gr̄am causare, aut illa uirtus materialis.

Quest. dis. S. Tho. OOO nct

3. par. q. 62. art. i.

Ante med. ser.

Art. præc.

Lib. 1. de sacra. parte 9. cap. 1.

Hom. de sacra. de per. tionibus in princ.

q. 62. par. med. 10. 4.

transiti
ipsum
autem
pertine
rum est
& ideo
quis pos
gis per
s ab eius
per po
poten
co qua
Vnde
ra: po
est causa
nulli an
ille, qui
non au
sitate
us anin
us uolū
in erē
intellē
tore pro
dipo
m est, s
nem quod
nim dare
illum. Sic
modo.
s nō pot
operari ad
redat ad
us, rano
to. um
poralis nō
odum me
tina p̄
perie
nō caniz
is impo
licetur in
& illi ac
sino ma
is Spiritu
ia grati
posito in
de anima
gilti non
creādi, &
mus etiā
can di per
d solā per
manice
Cū enim
m muni
im est de
de illis
ex solā
aret inu
de de
abbeat ea
tudinem
suz

net peracto sacramento, aut non: si manet, tunc in aqua baptismi postquã verbo uitæ est sanctificata, si aliquis baptizatur post baptismum alterius nullis verbis prolatis, erit baptizatus, q̃ falsum est: si autẽ non manet, cum non sit assignare aliquod corruptiuum contrarium, per seipiam deficit, & hoc uidetur inconueniens, cum sit quoddam spirituale, & de maximis bonis ex hoc quod est causa gratiæ, vt tam subito euanescat.

ca. 16. circa med. to. 3.

¶ 11 Præt. Agens præstantius est patiente. Vñ Aug. probat 12. sup. Genes. ad literam, quod corpus non imprimit in aia similitudines quib. cognoscit, sed magis est remõtu, vt corpus nõ cõiunctum aie in ea causet formam grã supernaturalem q̃ quod corpus unitus in ea effectũ naturalem causet. ergo nullo modo videtur possibile quod hmõ corporealia elementa, quæ sunt in sacramentis, sint causa gratiæ.

¶ 12 Præt. Efficacius anima disponit se ad habendã gratiam quã disponatur per sacramenta: quia dispositio, qua se anima disponit, ducit ad gratiam si ne sacramento, non autem econuerso: sed anima quamuis se ad gratiam disponat, non ostenditur causa gratiæ. ergo & si sacramenta aliquo modo ad gratiam disponant, non sunt dicenda causa gratiæ.

¶ 13 Præt. Nullus artifex sapiens vñ instrõ aliquo nisi fm cõuenientiã instrõ, sicut carpentarius nõ vitur malleo ad secandum: sed Deus est artifex sapientissimus. ergo non utitur instrõ corporali ad effectũ spirituale, qui corporali nature non cõpetit.

¶ 14 Præt. Medicus sapiens fortiorib. morbis fortiora adhibet remedia: sed morb. peccati est uehementissimus. ergo ad eius curationem per gratiæ collationem fortiora remedia Deus apponere debuit, & non corporalia elementa.

¶ 15 Præt. Recreatio animæ creationi debet respondere per similitudinem: sed Deus animam creauit nulla creatura mediãte. ergo similiter recreare debet per gratiam non mediante sacramento.

¶ 16 Præt. Habere auxilia signũ est ipotentie agẽtis: sed instrõ adiuuant ad effectũ principalis agẽtis. ergo Deo qui est potentissimus agens, nõ cõpetit, vt per sacra, quasi per instrumẽta, gratiam cõferat.

¶ 17 Præt. In omni instrumento requiritur sua naturalis actio, quæ aliquid conferat ad effectũ intentum a principali agente: sed materialis elementi naturalis actio nihil facere vñ ad effectũ gratiæ, quam Deus in anima efficere intẽdit, ablutio enim non magis de prope respicit animam, quã ipsa aqua in baptismo. ergo huiusmodi sacramenta nõ operantur ad gratiam per modum instrumenti.

¶ 18 Præt. Sacra sine ministro nõ conferuntur. si ergo sacramenta sunt aliquo modo causa grã, & hõ erit aliquo modo causa gratiæ, quod est contra dictũ Aug. qui dicit, q̃ ministro non est collata potestas iustificandi, ne spes ponatur in homine.

Lib. 15. de trinit. ca. 26. tom. 3.

¶ 19 Præt. In gratia dat spiritus sanctus. si ergo sacramenta sunt causa gratiæ, erunt causa dationis spiritus sancti, quod est contra Aug. qui dicit, quod nulla creatura potest dare spiritum sanctũ. ergo sacramenta nullo modo sunt causa gratiæ.

SED CONTRA est, quod Magister dicit in 4. Sentent. dist. 1. diffiniens sacramentum nouæ legis sic, Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt imaginem gerat, & causa existat.

¶ 2 Præt. Ambr. dicit, q̃ gra est fortior culpa, & hoc patet ab Apost. Ro. 5. sed culpa causatur in anima per infectionem corporis. ergo grã potest causari in animam per sanctificationem corporalis elemẽti.

¶ 3 Præt. Aut p̃ insõnem sacrorum aliquid supe-

radditur naturalibus elementis, aut nihil: si nihil, tunc non est aliquid collatum mundo in institutione sacramentorum, quod est in conueniens. Si uero aliquid additur, cum non frustra addatur, erit effectiuum alicuius, quod prius efficere nõ poterat, sed non nisi grã, cũ ad hoc sint sacramenta instituta. ergo sacramenta sunt effectiua grã. Sed dicendũ, qd non additur nisi ordo quidã ad gratiã.

¶ 4 Sed contra. Ordo relatio quidã est: relatio autẽ semper fundat super aliquid absolutũ, rone cuius in ad aliquid est motus per accidens. si ergo additur ordo, oportet quod aliquid absolutũ addatur.

¶ 5 Præt. Absolutum non causatur a relativo, quia relatum habet esse debilissimũ. si ergo sacramentis nihil additur nisi relatio per institutionem, non poterunt ex institutione sanctificare, quod est contra Hug. de sancto Vid. Sed dicendum, quod relatio illa nõ est causa sanctificationis, sed diuina uirtus sacramentis assistens.

¶ 6 Sed contra. Aut alluit diuina uirtus, quæ est ipse Deus, alio mō sacramentis post institutionem quam ante, aut non: si non alio modo, non habebunt effectum post institutionem alium quam ante. si uero alio mō, cum Deus non dicatur nouo modo esse in creatura, nisi per hoc quod nouũ effectum i ea facit, oportebit quod aliquid de nouo sit superadditũ ipsi sacramentis, & sic idẽ qd præt.

¶ 7 Præt. In quibusdam sacramentis requiritur materia sanctificata, sicut in extrema unctione, & in confirmatione: sed illa sanctificatio non inanimata fit. ergo per eam aliqua uirtus spiritualis sacramentis confertur, ratione cuius esse poterunt gratiæ aliqualiter causa, cum ad hoc illa uirtus ordinetur.

RESPON. Dicendum, quod sacramenta nouæ legis esse aliqualiter causam gratiæ necesse est. ponitur. Propter hoc enim lex occidere dicebat, & transgressionẽ augere, q̃ cognitiõẽ peccati faceret: gratiã uero adiutricem contra peccatũ non conferret, si uero occidere diceretur & transgressionẽ augere, cuius contrarium apostolica doctrina prohibetur.

I Non autẽ cõfertur gratiam per solã instructionem, quia lex uetus hoc habebat, sed per sua sacramenta gratiã aliqualiter cãdo: uñ ecclesia non est cõstitutã techtissimo, quo instruit accedentẽ, sed ei superaddit sacramenta ad gratiã habendã, q̃ quẽ uetus legis sacramenta nõ cõferebat, sed tm significabat, signa uero ad instructionem pertinent. Sic ergo quæ uet lex tm instruebat, eius sacramenta erant gratiæ locũ signa: quia uero noua lex & instruit, & iustificat eius sacramenta sunt gratiæ, & signũ, & cã: quod uero sunt cã, non eodẽ mō ocs tradunt. Quia in di cunt quod sunt cã gratiæ, nõ q̃ aliquid ad gratiã hẽndam operent per aliquã uirtutẽ eis inditã, sed quia in corũ susceptione gratia dat a Deo qui sacramentis assistit, ut si dicatur cã gratiæ per modũ causę sine qua nõ, & ponunt exẽplũ de hoc quod aliquis deferens denariũ plũbeus sit cã facies abbas, nõ iõ quia denarius plũbeus sit cã facies abbas, quid ad acceptiõẽ cẽtum librarum, sed quia sit statutũ ab eo qui potest dare, vt quicũq; detert ratẽ denariũ accipiat ratã pecuniã. Sic statũ est a Deo, quicũq; accipit sacramentũ nõ sic grã accipiat, quicũq; accipit sacramentũ nõ sic grã accipiat, nõ quidẽ a sacramentis, sed ab ipso Deo, & hoc idẽ dicitur sensisse Magistrũ in 4. Sen. dist. 1. cũ dicitur accipiẽs sacramentũ quĩ salutẽ in inferno habet, nõ ab illis. Hec aut opinio nõ vñ sufficere debet ad sacramentoru nouẽ legi saluare. Sin. recte cõsideret exẽplũ ab eis ppositũ, & alia similia nõ inuenit id quod

id quod causam dicunt, sine qua non se habeat ad effectum nisi sicut signum. Denarius enim plumbeus non est nisi signum conceptionis pecuniae, & baculus potestatis, quæ confertur abbati. Unde si sic se habent sacramenta novæ legis ad gratiam, sequitur quod sint solum signa gratiæ, & ita nihil habebunt præ sacramentis veteris legis: nisi forte quis dicat quod sacramenta novæ legis sunt signa gratiæ simul cum eis data; sacramenta vero veteris legis gratiæ promissa. Sed hoc magis pertinet ad conditionem temporis, quam ad dignitatem sacramentorum: quia in tempore illo promittebatur gratia: nunc autem est tempus plenitudinis gratiæ propter reparationem humanæ naturæ iam factam: unde secundum hoc sacramenta ista si tunc fuissent, cum toto eo quod nunc habent, nihil plus fecissent quam illa, nec illa nunc minus facerent quæ ista, nulla eis ad ditionem facta. Et ideo aliter dicendum, quod sacramenta novæ legis aliquid ad gratiam habendam operantur. Sed ad aliquem effectum operantur aliquid dupliciter. Vno modo, sicut per se agens: & dicitur per se agere, quod agit per aliquam formam sibi inherentem per modum naturæ completæ, siue habeat illam formam a se, siue ab alio, aut naturaliter, aut violenter, per quem modum dicuntur illuminare Sol & Luna: calefacere ignis, & ferrum ignitur, & aqua calefacta. Alio modo, aliquid operatur ad effectum aliquem instrumentally, quod quidem non operatur ad effectum per formam sibi inherente, sed solum in quantum est motus a per se agente. Hæc enim est ratio instrumenti in quantum est instrumentum ut moueat motum: unde sicut se habet forma completa ad per se agentem, ita se habet motus quo mouetur a principali agente ad instrumentum, sicut ferra operatur ad scannum. Quamuis enim ferra habeat aliquam actionem, quæ sibi competit secundum propriam formam ut diuidere, tamen aliquem effectum habet qui sibi non competit, nisi in quantum est motus ab artifice, scilicet facere rectam incisionem & conuenientem formam artis: & sic instrumentum habet duas operationes: unam, quæ competit ei secundum formam propriam, aliam quæ competit ei secundum quod est motus a per se agente, quæ transcendit uirtutem propriam formæ. Dicendum est ergo quod nec sacramentum, nec aliqua creatura potest gratiam dare per modum per se agentis, quia hoc solius uirtutis diuinæ est, ut ex præcedenti articulo patet. Sed sacramenta ad gratiam operantur instrumentally: quod sic patet. Damascenus in 3. libro dicit quod humana natura in Christo erat uelut quoddam organum diuinitatis, & ideo humana natura aliquid coniebat in operatione uirtutis diuinæ sicut quod Christus tangendo leprosum mundauit: sic enim ipse tactus Christi causabat instrumentally salutem leprosi. Sicut autem humana natura in Christo coniebat ad effectus diuinæ uirtutis instrumentally in corporalibus effectibus, ita in spiritualibus: unum sanguis Christi pro nobis effusus habuit vim ablutionis peccatorum. Apostolus 1. Iauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. & Romanus 3. Iustificati in sanguine ipsius, & sic humanitas Christi est instrumentally causa iustificationis, quæ quidem cum nobis applicatur spiritualiter per fidem, & corporaliter per facta; quia humanitas Christi & spiritus & corpus est, ad hoc scilicet ut effectum sanctificationis, quæ est Christi, in nobis percipiamus. Vnde illud est perfectissimum sacramentum, in quo corpus Christi realiter continetur, scilicet Eucharistia, & est omnium aliorum consummationum, ut Dionysius dicit in Ecl. Hier. Alia uero facta participant aliquid de

uirtute illa, qua humanitas Christi instrumentally ad iustificationem operatur, ratione cuius sanctificatus baptismo, sanctificatus sanguine Christi dicitur ab Apostolo. Hebr. 10. unde passio Christi in sacramentis novæ legis dicitur operari, & sic sacramenta novæ legis sunt causa gratiæ quasi instrumentally operantia ad gratiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Bernardus insufficienter rationem sacramentorum nouæ legis tangit, loquendo de eis secundum quod sunt signa, & non secundum quod sunt causa.

AD II. Dicendum, quod sacramenta nouæ legis non sunt causa gratiæ principalis quasi per se agentia, sed causa instrumentally: & secundum modum aliorum instrumentorum habent duplicem actionem, unam quæ excedit formam propriam, sed est ex uirtute formæ principalis agentis. scilicet Dei, quæ est iustificare: & aliam, quam exercet secundum formam propriam, sicut abluere, vel ungere, & hæc actio attingit corporaliter ipsum quidem hominem qui iustificatur secundum corpus per se, & secundum animam per accidens, quæ huiusmodi corporalem actionem sentit. Spiritualiter uero attingit ipsam animam in quantum ab ea percipitur in intellectu, ut quoddam signum spiritualis mundationis.

AD III. Dicendum, quod quia ultimus finis respondet primo agenti tanquam principali, ideo non principaliter agentibus non attribuitur ultimus finis, sed dispositio ad finem ultimum, sic sacramenta dicuntur esse causa gratiæ per modum instrumentorum disponentium.

AD IIII. Dicendum, quod sacramenta non operantur ad gratiam per uirtutem propriæ formæ, sic enim operarentur ut per se agentia: sed operantur per uirtutem principalis agentis. scilicet Dei in eis existente, quæ quidem uirtus non habet esse completum in natura, sed est quid incompletum in genere entis, quod patet ex hoc quod instrumentum mouet in quantum mouetur, motus autem est actus imperfectus secundum Philosophum: unde sicut illa quæ mouent, in quantum sunt iam quasi in termino motus assimilata agenti, mouent per formam perfectam: ita illa quæ mouent prout sunt in ipso moueri, mouent per uirtutem incompletam, & huiusmodi uirtus est in aere ad mouendum uisum secundum quod immutatur a calore parietis ut in fieri, non ut in facto esse: unde species coloris est in aere per modum intentionis, & non per modum entis completi sicut est in pariete. Et similiter facta operantur ad gratiam prout sunt quasi mota a Deo ad hunc effectum, quod quidem motus attenditur secundum institutionem, sanctificationem, & applicationem ad eum qui accedit ad facta, unde habent uirtutem non per modum entis completi, sed quasi incompleti, & sic non est inconueniens quod uirtus spiritualis sit in re materiali, sicut species colorum sunt spiritualiter in aere.

AD V. Dicendum, quod uirtus illa neque potest dici corporea, neque incorporea proprie loquendo, corporeum enim & incorporeum sunt differentia entis completi: sed proprie dicitur uirtus ad incorporeum, sicut motus magis dicitur ad ens quod est obiectio autem procedit ad si illa uirtus esset quædam forma completa.

AD VI. Dicendum, quod incompletum non potest esse causa completi sicut per se agens, potest tamen incompletum ordinari aliquo modo ad completum per modum cause instrumentally, sicut dicimus motum instrumenti esse causam formæ inducæ a principali agente.

AD VII. Dicendum, quod de perfectione instrumenti. Quæst. dist. S. Tho. 000 2 non

id quod causam dicunt, sine qua non se habeat ad effectum nisi sicut signum. Denarius enim plumbeus non est nisi signum conceptionis pecuniae, & baculus potestatis, quæ confertur abbati. Unde si sic se habent sacramenta novæ legis ad gratiam, sequitur quod sint solum signa gratiæ, & ita nihil habebunt præ sacramentis veteris legis: nisi forte quis dicat quod sacramenta novæ legis sunt signa gratiæ simul cum eis data; sacramenta vero veteris legis gratiæ promissa. Sed hoc magis pertinet ad conditionem temporis, quam ad dignitatem sacramentorum: quia in tempore illo promittebatur gratia: nunc autem est tempus plenitudinis gratiæ propter reparationem humanæ naturæ iam factam: unde secundum hoc sacramenta ista si tunc fuissent, cum toto eo quod nunc habent, nihil plus fecissent quam illa, nec illa nunc minus facerent quæ ista, nulla eis ad ditionem facta. Et ideo aliter dicendum, quod sacramenta novæ legis aliquid ad gratiam habendam operantur. Sed ad aliquem effectum operantur aliquid dupliciter. Vno modo, sicut per se agens: & dicitur per se agere, quod agit per aliquam formam sibi inherentem per modum naturæ completæ, siue habeat illam formam a se, siue ab alio, aut naturaliter, aut violenter, per quem modum dicuntur illuminare Sol & Luna: calefacere ignis, & ferrum ignitur, & aqua calefacta. Alio modo, aliquid operatur ad effectum aliquem instrumentally, quod quidem non operatur ad effectum per formam sibi inherente, sed solum in quantum est motus a per se agente. Hæc enim est ratio instrumenti in quantum est instrumentum ut moueat motum: unde sicut se habet forma completa ad per se agentem, ita se habet motus quo mouetur a principali agente ad instrumentum, sicut ferra operatur ad scannum. Quamuis enim ferra habeat aliquam actionem, quæ sibi competit secundum propriam formam ut diuidere, tamen aliquem effectum habet qui sibi non competit, nisi in quantum est motus ab artifice, scilicet facere rectam incisionem & conuenientem formam artis: & sic instrumentum habet duas operationes: unam, quæ competit ei secundum formam propriam, aliam quæ competit ei secundum quod est motus a per se agente, quæ transcendit uirtutem propriam formæ. Dicendum est ergo quod nec sacramentum, nec aliqua creatura potest gratiam dare per modum per se agentis, quia hoc solius uirtutis diuinæ est, ut ex præcedenti articulo patet. Sed sacramenta ad gratiam operantur instrumentally: quod sic patet. Damascenus in 3. libro dicit quod humana natura in Christo erat uelut quoddam organum diuinitatis, & ideo humana natura aliquid coniebat in operatione uirtutis diuinæ sicut quod Christus tangendo leprosum mundauit: sic enim ipse tactus Christi causabat instrumentally salutem leprosi. Sicut autem humana natura in Christo coniebat ad effectus diuinæ uirtutis instrumentally in corporalibus effectibus, ita in spiritualibus: unum sanguis Christi pro nobis effusus habuit vim ablutionis peccatorum. Apostolus 1. Iauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. & Romanus 3. Iustificati in sanguine ipsius, & sic humanitas Christi est instrumentally causa iustificationis, quæ quidem cum nobis applicatur spiritualiter per fidem, & corporaliter per facta; quia humanitas Christi & spiritus & corpus est, ad hoc scilicet ut effectum sanctificationis, quæ est Christi, in nobis percipiamus. Vnde illud est perfectissimum sacramentum, in quo corpus Christi realiter continetur, scilicet Eucharistia, & est omnium aliorum consummationum, ut Dionysius dicit in Ecl. Hier. Alia uero facta participant aliquid de

non est qđ agat per uirtutem completam, sed qđ agat inquantū mouet, & ita per uirtutē incōpletā: vñ non sequitur sacramenta esse imperfecta instrumēta, quīs uirtus eorum non sit ens completum.

Ad viii. Dicendum, quod instrumentum comparatur ad actionem magis ut quo agitur, quā ut quod agit, principalis. n. agentis est, ut agat instrumento: & sic quīs ultima non reducant media, vel suprema in Deum, possunt tñ ultima se habere, ut quib. fiat reductio superiorū & mediorū in Deū. Vñ Dion. dicit quod naturale est nobis ut per sensibilia i Deū manducamus: & hęc ē eam assignat necessitatis uisibiliū sacramētorū in 1. c. Cēl. Hier.

Ca. 2. celest. Hier.

Ad ix. Dicendū, qđ illuminare aīam Deo cōpōtit nulla creatura mediāte qđ ad illuminationē aīa agat, sicut principale & per se agēs; pōt tñ esse ali- quod mediū agens instrumēta aliter, & dispositiue.

Ad x. Dicendum, quod quādam sacramenta sunt, in quib. requiritur materia sanctificata, sicut in extrema unctione, & confirmatione: quādam uero sunt in quibus non requiritur ex necessitate sacramenti. In omnib. igitur uerū est, quod uirtus sacramenti non consistit in materia uñ, sed in materia & forma simul, quę duo sunt unum sacramētum: unde quantumcumque applicetur materia sacramēti ad hominem sine debita forma uerborum, & aliis quę ad hoc requiruntur, non sequitur sacramenti effectus. Sed in sacramentis quę indigent materia sanctificata, manet uirtus sacramenti in materia post usum sacramenti partialiter, sed non complete. In sacramentis uero quę non indigent materia sanctificata, nihil remanet post sacramenti usum: unde aqua in qua celebratus est baptis- mus, nihil plus habet quam alia aqua; nisi forte p- pter permissionem chrisimatis, quod tamen nō est de necessitate sacramenti: nec est incōueniens ut uirtus illa cesset, quia uirtus illa se habet ut in fieri existēs & moueri, ut dictū est, & huiusmodi cessat cessante motione mouentis. Statim. n. quādo mo- uens cessat moueri, & mobile cessat moueri.

In solu. ad 5. arg. & ad 4.

Ad xi. Dicendum, quod quāuis corporis ele- mentum sit ignobilius anima, & propter hoc non possit aliquid efficere i anima uirtute propria na- tura, potest tamen aliquid efficere in anima prout est instrumentum agens in uirtute diuina.

Ad xii. Dicendum, quod anima agit dispen- do ad gratiam uirtute natura proprie: sacramen- tum autem uirtute diuina ut eius instrumentum, & ideo non est simile.

Ad xiii. Dicendum, quod sacramentum secun- dum propriam formam significat, vel natum est significare effectum illum, ad quem diuinitus or- dinatur, & secundum hoc est conueniens instru- mentum: quia sacramenta significando causant.

Ad xiiii. Dicendum, qđ sacramenta nouę legis non sunt infirma remedia, sed ualida, inquantum eis Christi passio operatur. Sacramenta uero veteris legis, quę passionem Christi precesserunt, dicū- tur infirma, ut patet Gal. 5. Conuersi estis ad infir- ma & egena elementa.

Ad xv. Dicendum, qđ creatio nihil presupponit, circa quod posset fieri instrumentalis agentis actio, recreatio uero presupponit, & ideo nō est simile.

Ad xvi. Dicendū, qđ Deus non utitur instrumē- tis: uel causis mediis in sua actione propter sui in- digentiam, sed propter effectuum conuenientriā. Conueniens enim est ut nobis diuina remedia ex- hibeātur secundum modum nostrum, id est, per sensibilia, ut Dion. dicit 1. c. Cēl. Hier.

Ca. 2. per to- cum.

Ad xvii. Dicendum, quod actio naturalis ma- terialis instrumenti adiuuat ad effectum sacramē- ti, inquantum per eam sacramentum suscipiendi applicatur, & inquantum facti significatio per- actionem predictam complectur, sicut significatio baptismi per abluitionem.

Ad xviii. Dicendum, quod aliqua sacra sunt, in quib. non requiritur determinatus minister, sicut patet in baptismo; & in talibus uirtus sacri nullo mō consistit in ministro. Quādam uero sacramē- ta sunt, in quibus requiritur minister determinatus, & horum uirtus partialiter consistit in ministro, sicut in materia & in forma: nec tamen iustificare dī minister nisi per modum ministerii, inquantū opatur ad iustificationē conferendo sacramentū.

Ad xix. Dicendum, qđ spiritus sanctus non dicit nisi ab eo, qđ causat grām sicut principale agens, qđ solus Dei est: & iō solus Deus spiritus sanctus dicit.

ARTICVLVS V.

Utrum in uno homine sit una tantum gratia gratū faciens.

Qvinto quaeritur, utri in uno homine sit una tantum gratia gratū faciens. Et uidetur qđ non. Nihil enim contra seipsum diuiditur per ope- rantē, & cooperantem. ergo diuersę sunt gratię, operans. & cooperans, & sic in uno homine nō est una tñ gratia gratū faciens. Sed dicendum, qđ est una gratia secundū habitum opans & coo- perans, sed diuisio sumit secundū diuersos actus.

H ¶ 2 Sed contra: Habitus distinguitur per actus. igitur actus sunt diuersi, utriusque gratię non poterit esse habitus unus.

¶ 3 Prę. Nullus habet necesse petere id quod iam habet: sed habens gratiam preuenientem necesse habet petere subsequenter, secundum Aug. ergo non est una gratia pteueniens & subsequens. Sed dicebatur quod habens gratiam preuenientem non petit gratiam subsequenter quasi aliam gra- tiam, sed quasi eiusdem gratię conseruationem.

¶ 4 Sed contra. Gratia est potentior quā natura: sed homo in statu natura: integra potest habere se in eo quod acceperat, ut dicitur 24. dist. 2. li. ce- go ille qui accepit gratiam preuenientem potest in ea stare, & sic non habet necesse hoc petere.

¶ 5 Prę. Forma diuersificatur secundum diuersi- tatem perfectibiliū: sed gratia est forma incommen- sū ergo uirtutes sunt multe, grā nō poterit esse una.

¶ 6 Prę. Gratia preueniens pñer ad gloriam, uñ Aug. dicit. Præuenit ut pie uiuamus, subsequitur ut cum illis uiuamus: præuenit ut uocemus, subsequitur, ut glo- rificemur. Alia autē est gratia uic, & gratia patrię, cū nō sit eadē perfectio nature condita, & nature glorificate, ut magister dicit in 3. dist. 2. li. ergo gra- tia præueniens & subsequens non sunt idem.

¶ 7 Prę. Gratia operans pertinet ad actū interiorē gratia uero cooperans ad actum exteriorē, unde Aug. dicit quod præuenit, ut uelimus, & subsequi- quitur ne frustra uelimus: sed non est idem quod est principium actus interioris & exterioris, sicut patet in uirtutibus, qđ charitas datur ad actum interio- rē, fortitudo uero, & iustitia, & alia huiusmodi ad actus exteriores: ergo non est eadem gratia ope- rans & cooperans, siue præueniens & subsequens.

¶ 8 Prę. Sicut culpa est defectus in anima ex parte affectus, ita ignorantia ex parte intellectus: sed mul- tus habitus unus expellit omnem ignorantiam ad intellectū, ergo nec potest esse unus habitus, qui ex- pellat omnem culpam ab effectu: sed gratia expellit omnem culpā, ergo gratia nō est unus habitus.

¶ 9 Prę.

¶ 9 Præ. Gratia & culpa sunt contrariæ: sed vna culpa non inficit omnes potentias animæ. ergo nec vna gratia potest omnes perficere.

¶ 10 Præ. Exod. 33. super illud, Si inveni gratiam, dicit gl. Sanctis non sufficit vna gratia. Vna est que pcedit, vt Deū cognoscant & diligant: alia est que sequitur, ut se mūdōs, & inuiolatos custodiāt & pficiant, & sic in uno hoīe non est tantum vna gratia.

¶ 11 Præ. Diuersus modus habens speciale diffcultatem, requirit diuersum habitū, sicut circa colationem magnorum donorum. que sua magnitudine diffcultatem faciunt, requiritur specialis virtus, scilicet magnificentia, præter liberalitatem quæ consistit circa cōia dona: sed perseveranter bene uelle habet speciale diffcultatem super hoc, qd est bene uelle simpliciter: uelle autem bene simpliciter est gratia præuenientis: uelle autem bene perseveranter est gratia subsequens, unde Aug. dicit qd gratia præuenit, ut homo uelit, sequitur ut impleat, atque persistat. ergo gratia subsequens est alius habitus a gratia præueniente.

¶ 12 Præ. Sacra nouæ legis sunt causa græ, vt dictū est: sed ad eundem effectū diuersa sacra non ordinantur. ergo sunt diuersæ gratiæ in hoīe, quæ per diuersa sacramenta conferuntur. Sed dicendum, qd posteriora sacramenta non conferuntur ad aliam gratiam inducendā, sed ad habitum augmentadā.

¶ 13 Sed cōtra. Augmentū gratiæ spem gratiæ nō uacuat. si ergo pportio causalū est secundū proportionē effectū, sequetur ex responsione p̄dicta qd sacra p̄m speciem non differant. Sed dicēdū, quod sacra differunt specie penes diuersas gratias gratis datas, quæ in diuersis sacramentis conferuntur, & sunt proprii sacramentorum effectus.

¶ 14 Sed cōtra. Gratia gratis data nō opponit culpæ. cū ergo sacra p̄cipue ordinent cōtra culpā, v̄ qd proprii effectus sacramentorum, penes quos sacra distinguuntur, non sunt gratiæ gratis datæ.

¶ 15 Præ. Ex diuersis peccatis diuersa vulnera animæ infliguntur, quæ quidem omnia per gratiam sanantur. cum igitur diuersis uulneribus diuersæ respondeant medicinæ, qd secundum uerbum Hieron. non sanat oculum, quod sanat calcaneum, uideatur quod sint diuersæ gratiæ.

¶ 16 Præ. Idē ab eodē nō p̄t simul haberi, & non haberi: sed aliqui hnt gratiam operantem, qui nō habent gratiam cooperantē, sicut paruuli baptizati. ergo non est eadem gratia operans & cooperas.

¶ 17 Præ. Gratia proportionatur naturæ sicut p̄fectio p̄fectibili: sed in natura humana sic est, quod non ab eodem principio immediate est eē & operatio, nā aīa scdm suam essentiam est principium essendi, sed scdm potentiā est principium operationis. ergo cum in gratuitis gratia operans, uel præueniens sit principium a quo est esse spirituale, grā uero cooperas sit spiritualis operationis principium, v̄ quod non sit eadem gratia operas & cooperas.

¶ 18 Præ. Vnus habitus non potest simul & semel duos actus producere: sed actus gratiæ operantis, qui est iustificare, uel sanare animam, & actus gratiæ cooperantis, uel subsequens, qui est iuste operari, sunt simul in anima. ergo gratia operans, & cooperans non sunt eadem, & sic in homine non est vna tantum gratia.

SED CONTRA. Vbi sufficit unum, superfluum est ponere plura: sed vna gratia homini sufficit ad salutem, dicitur enim 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. ergo in homine est vna tantum gratia.

¶ 19 Præ. Relatio nō multiplicat essentiam rei: sed

A gratia cooperans supra operantem non nisi relationem addit. ergo eadem est gratia per essentiam operans & cooperans.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet, gratia dicitur uel quod est gratis data, uel quod est gratum faciens. Gratias autem gratis datas quæ uerfas esse manifestum est. Sunt enim diuersa quæ homini diuinitus conferuntur, & gratis supra meritum & facultatem humanæ naturæ, ut prophetia, operatio miraculorum, & alia huiusmodi, de quibus Apost. dicit. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt: sed de his ad presens nō queritur. Gratia uero gratum faciens, ut ex dictis patet p̄t, dupliciter accipitur. Vno modo pro ipsa diuina acceptatione, quæ est gratuita Dei uoluntas. Alio modo pro dono quodam creato, quod formaliter perficit hominem, & facit eum dignum uita æterna. Accipiendo igitur gratiam hoc secundo modo, impossibile est esse in homine vno nisi unam gratiam, cuius ratio est, quia gratia dicitur secundum qd p̄ eā hō ordinatur in uitam æternam sufficienter. Dicitur gratum quasi acceptatus a Deo ut habeat uitam æternam: illud autem quod ponitur sufficienter ordinare ad aliquid unum oportet esse unum tñ: quia si multa essent, neutrum eorum sufficeret, uel alterum superflueret. Sed ex hoc necesse est gratiam etiam aliquid unum esse simplex: possibile enim est quod nihil unum sufficienter dignum redderet uitam æternam, sed ad hoc hō redderet dignus ex multis, utpote ex multis uirtutibus. quod si esset, nihil illorum multorum posset dici gratia, sed omnia simul una gratia dicerentur: quia ex omnibus illis nō fieret in homine nisi una dignitas respectu uitæ æternæ. Sic autem gratia non est una, sed sicut unum simplex habitus, & hoc idē, quia habitus in anima diuersificatur in ordine ad diuersos actus, ipsi autē actus nō sunt ratio acceptationis diuine, sed prius homo acceptatur a Deo, deinde actus eius, ut habetur Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: unde illud donum, quod Deus tribuit his, quos acceptat in suum regnum & gloriam, præsupponitur ad perfectiones, uel habitus, quibus humani actus perficiuntur, ut sint digni acceptari a Deo, & sic oportet habitum gratiæ indiuisum manere, utpote præcedentem ea, quibus fit distinctio habituum in anima. Si autē accipiat gratia gratum faciens primo modo, scilicet gratuita Dei uoluntate, sic constat quod ex parte ipsius Dei acceptantis est una tñ: Dei gratia non solum respectu unius, sed respectu omnium, quia quicquid est in eo, non potest esse diuersum. Ex parte autem effectuum diuinorum potest esse multiplex, ut dicamus omnem effectum, quem Deus facit in nobis ex gratuita sua uoluntate, quæ nos in suum regnum acceptat, pertinere ad gratiam gratum facientē, sicut quod immittat nobis bonas cogitationes, & sanctas affectiones. Sic igitur gratia, secundum quod est quoddam donum habituale in nobis, est una tantum: secundum autem quod dicit effectum aliquem Dei in nobis ordinatum ad nostram salutem, possunt dici multe gratiæ nobis.

B gratia cooperans supra operantem non nisi relationem addit. ergo eadem est gratia per essentiam operans & cooperans.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet, gratia dicitur uel quod est gratis data, uel quod est gratum faciens. Gratias autem gratis datas quæ uerfas esse manifestum est. Sunt enim diuersa quæ homini diuinitus conferuntur, & gratis supra meritum & facultatem humanæ naturæ, ut prophetia, operatio miraculorum, & alia huiusmodi, de quibus Apost. dicit. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt: sed de his ad presens nō queritur. Gratia uero gratum faciens, ut ex dictis patet p̄t, dupliciter accipitur. Vno modo pro ipsa diuina acceptatione, quæ est gratuita Dei uoluntas. Alio modo pro dono quodam creato, quod formaliter perficit hominem, & facit eum dignum uita æterna. Accipiendo igitur gratiam hoc secundo modo, impossibile est esse in homine vno nisi unam gratiam, cuius ratio est, quia gratia dicitur secundum qd p̄ eā hō ordinatur in uitam æternam sufficienter. Dicitur gratum quasi acceptatus a Deo ut habeat uitam æternam: illud autem quod ponitur sufficienter ordinare ad aliquid unum oportet esse unum tñ: quia si multa essent, neutrum eorum sufficeret, uel alterum superflueret. Sed ex hoc necesse est gratiam etiam aliquid unum esse simplex: possibile enim est quod nihil unum sufficienter dignum redderet uitam æternam, sed ad hoc hō redderet dignus ex multis, utpote ex multis uirtutibus. quod si esset, nihil illorum multorum posset dici gratia, sed omnia simul una gratia dicerentur: quia ex omnibus illis nō fieret in homine nisi una dignitas respectu uitæ æternæ. Sic autem gratia non est una, sed sicut unum simplex habitus, & hoc idē, quia habitus in anima diuersificatur in ordine ad diuersos actus, ipsi autē actus nō sunt ratio acceptationis diuine, sed prius homo acceptatur a Deo, deinde actus eius, ut habetur Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: unde illud donum, quod Deus tribuit his, quos acceptat in suum regnum & gloriam, præsupponitur ad perfectiones, uel habitus, quibus humani actus perficiuntur, ut sint digni acceptari a Deo, & sic oportet habitum gratiæ indiuisum manere, utpote præcedentem ea, quibus fit distinctio habituum in anima. Si autē accipiat gratia gratum faciens primo modo, scilicet gratuita Dei uoluntate, sic constat quod ex parte ipsius Dei acceptantis est una tñ: Dei gratia non solum respectu unius, sed respectu omnium, quia quicquid est in eo, non potest esse diuersum. Ex parte autem effectuum diuinorum potest esse multiplex, ut dicamus omnem effectum, quem Deus facit in nobis ex gratuita sua uoluntate, quæ nos in suum regnum acceptat, pertinere ad gratiam gratum facientē, sicut quod immittat nobis bonas cogitationes, & sanctas affectiones. Sic igitur gratia, secundum quod est quoddam donum habituale in nobis, est una tantum: secundum autem quod dicit effectum aliquem Dei in nobis ordinatum ad nostram salutem, possunt dici multe gratiæ nobis.

D gratia cooperans supra operantem non nisi relationem addit. ergo eadem est gratia per essentiam operans & cooperans.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd gratia operans & cooperas p̄t distingui & ex parte ipsius gratuiti Dei uoluntatis, & ex parte doni nobis collati. Operas. n. d̄ grā respectu illius effectus, quæ sola nō efficit, sed cum lib. arb. cooperat: ex parte uero gratiæ Dei uoluntatis grā operas dicit ipsa iustificatio ip̄i, q̄ fit ipsius doni gratuiti infusionē. Hoc. n. donū sola gratuita diuina uoluntas cāt in nobis, Quæst. dif. S. Tho. OOO 3 nec

Art. r. huius quæst.

Art. r. huius quæst.

Mar. ubi.

Li. de Natura gratia cap. 107.

Art. huius quæst.

Mar. 4. sup. hoc genus demost. non dicitur 1. 9.

gratia nominantur; dicuntur. n. gratia sacramentalis. & penes has sacramenta distinguuntur, sicut penes proprios effectus, pertinent autem isti effectus ad gratiam gratū facientē, q̄ istis effectib. cōiungitur; & sic cum propriis effectib. habet effectum cōem, qui est gratia gratum faciens, quā ēt per sacramentum & non habenti datur, & habenti augetur.

Et per hoc patet solutio ad XIII. & XIII. Ad XV. Dicendum, q̄ oīa peccata ex parte auersionis inferunt vñ vulnus, vt dictum est, & sic per unū donū gr̄a sanantur; sed ex parte conuersionis inferunt diuersa vulnera, q̄ sanantur per diuersas virtutes, & per diuersos sacramentorum effectus.

Ad XVI. Dicendum, quod in parulis, & si non sit gratia cooperans in actu, est tñ cooperans in virtute; illa enim gratia operans, quam acceperunt, sufficiens erit cooperari lib. arb. quando ipsius vsū habere poterunt.

Ad XVII. Dicendum, q̄ sicut essentia aīe immediate est essendi principii, operationis vero principium est mediantib. potentiis, ita immediatus effectus gratiæ est conferre esse spūale, qd̄ pertinet ad informationē subiecti, siue ad iustificationē impii, quæ est effectus gr̄a operantis; sed effectus gratiæ mediantib. virtutibus & donis est elicere actus meritorios, quod pertinet ad gratiam cooperantem.

Ad XVIII. Dicendum, q̄ duos actus qui sunt operationes distinctæ & adinuicem non ordinatæ, nō pōt vnus habitus causare simul & semel; sed duos actus quorū vnus est operatio, & alius subiecti informatio, vel duas operationes, quarū vna sit causa alterius, sicut actus interior est cā exterioris, vnus habitus causare potest. Et sic se habent actus gratiæ operantis, & cooperantis, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.

Vtrum gratia sit in ipsa anime essentia.

Sexto queritur, vtrū gratia sit in essentia anime. Et vñ quod non, sicut. n. se habet habitus, qui est in potētia, ad potētiæ effectum, ita se debet habere habitus, vel perfectio in essentia existens ad essentia effectum: sed habitus, qui est in potentia aliqua perficit potentiam ad actū suum, sicut charitas perficit voluntatem ad volēdū: proprius autē effectus essentia anime est esse, quod anima corpori confert; quia anima secundum sui essentiam est forma corporis. cum ergo gratia non perficiat ad esse naturale, quod anima corpori confert, non erit in essentia anime sicut in subiecto.

¶ 2 Præt. O pposita nata sunt fieri circa idē: gratia autem & culpa opponuntur. cum ergo culpa non sit in essentia anime, quod patet ex hoc, quod nihil ab essentia anime priuatur, cum tamen peccatum siue culpa secundum Aug. sit priuatio modi speciei & ordinis, videtur quod gratia non sit in essentia anime, sicut in subiecto.

¶ 3 Præt. Gratuita p̄supponūt naturalia: sed potentia sunt naturales proprietates anime s̄m auic. ergo gratia nō est in essentia aīe, nisi p̄supposita potētia, & sic est immediate potētia siue in subiecto.

¶ 4 Præt. Ibi est habitus, vel quæcumq; forma, ubi inuenitur eius effectus: sed effectus gratiæ quilibet tam operantis quam cooperantis inuenitur in potētiis, ut patet per singulos inducenti. ergo gratia est in potētiis anime sicut in subiecto.

¶ 5 Præt. Imago recreationis r̄ndet imagini creatio nis, quæ duplex imago distinguitur in Glo. super illud pl. 4. Signatum est super nos & c. Imago autem

A creationis attenditur secundum potentias, sicut secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem, quæ sunt tres anime vires, ut Magister dicit in 1. Sent. 3. dist. ergo gratia potentias anime respicit.

¶ 6 Præt. Habitus acquisiti contra habitus in infusos distinguuntur; sed omnes habitus acquisiti sunt in potētiis anime, ergo & gratia quæ est donum habituale infusum.

¶ 7 Præt. Secundum Aug. per gratiam bona voluntas hominis preparatur: sed non nisi in quantum per gratiam voluntas perficitur. ergo gratia est perfectio voluntatis, & sic est in voluntate sicut in subiecto, & non in essentia anime.

B SED CONTRA, Gratia est in anima secundum hoc quod ad Deum ordinatur: sed tota anima ordinatur ad Deum, ut habens in potentia accipendi aliquid ab ipso. ergo anima secundum suam totalitatem est gratiæ susceptiua: sed totum in anima est ipsa substantia anime, partes vero potentia. ergo anima, secundum substantiam est subiectum gratiæ.

¶ 2 Præt. Primum Dei donum est in eo, quod est in nobis prius & Deo propinquius; sed gratia est primum Dei donum in nobis: ipsa enim præcedit, & fidem, & charitatem, & alia huiusmodi, ut patet per Aug. in 2. lib. de Prædestinatione sanctorū. Id autem, quod in nobis prius est & Deo propinquius, est anime essentia a qua fluunt potētiæ, ergo gratia est in essentia anime sicut in subiecto.

C ¶ 3 Præt. Idem creatum non potest esse in diuersis: sed gr̄a est qd̄ creatū. ergo nō pōt esse in diuersis: sed gratia se extendit ad omnium potentiarum actus, in quārum possunt esse meritorii. ergo est in essentia anime uel in omnib. potētiis, sed non in omnibus. ergo est in essentia aīe, sicut in subiecto.

¶ 4 Præt. Causa secundaria per prius recipit influentiam primæ causæ, quam effectus causæ secundariæ: sed essentia anime est principium potentiarū, & sic est causa secundaria earum, quārum primaria causa est Deus. ergo essentia anime per prius recipit influentiam gratiæ, quam potētia.

RESPON. Dicendum, quod sicut prius dictum est, de gratia duplex est opinio, vna quæ dicit gratiam, & uirtutem esse idem per essentiam, & s̄m hanc necesse est dicere, quod gratia sit in potentia anime, sicut in subiecto secundum rei veritatem, eo quod uirtus quæ perficit ad operandum, non nisi in potētia esse potest, quæ est operationis principium; sed per quandam appropriationem potest dici, secundum hanc opinionem, quod gratia respicit essentiam, uirtus vero potētiā, secundum quā gratia & uirtus & si non per essentiam, saltem differunt rōne; quia gratificatio per prius ad ipsam animam pertinet quam ad actum eius, cum non propter actus anima acceptetur a Deo, sed e conuerso, ut dictū est. Alia vero opinio q̄ sustinetur est, qd̄ gratia & uirtus nō sunt idem per essentia, & s̄m hoc necesse est dicere, quod gratia sit in essentia aīe sicut in subiecto & non in potētiis: quia cum potentia in quantum h̄mōi ordinat ad operationē, oportet perfectionem potētiæ secundum ppriā rōnem ad operationē ordinari; istud autē est quod facit rōnem uirtutis, ut sit proxime perfectiua ad recte agendū. vñ oporteret, si gratia in potētia aīe esset, quod esset idem cum aliqua uirtutē. Si ergo hoc nō sustinet, oportet dicere qd̄ gr̄a sit in essentia aīe, perficiens ipsā, in quantum dat ei quoddā esse spūale, & facit eā per quandā assimilationē cōsortem diuinæ naturæ, ut habetur 2. Pet. i. sicut uirtu.



tes perficiunt potentias ad recte operandum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quantumvis gratia non sit principium esse naturalis, perficit tamen esse naturale in quantum addit spirituale.

AD II. Dicendum, quod culpa actualis non potest esse nisi in potentia quæ est principium actus, culpa autem originalis est in anima secundum suam essentiam per quam coniungitur, ut forma carni, ex qua infectio originalis in anima contrahitur. & quævis ab anima nihil essentialium auferatur, impeditur tamen ordo ipsius essentia animæ per modum cuiusdam elongationis, sicut contrarie dispositiones elongat potentiam materiæ ab actu forme.

AD III. Dicendum, quod gratuita præsupponunt naturalia, si proportionabiliter utraque accipiantur, & ideo virtus quæ est gratuitum operationis principium, præsupponit potentiam quæ est eiusdem principium naturale, & gratia quæ est principium esse spirituales præsupponit essentiam animæ, quæ est principium esse naturalis.

AD IIII. Dicendum, quod primus & immediatus effectus gratia inuenitur in essentia anima scilicet forma secundum esse spirituale.

AD V. Dicendum, quod imago creationis consistit & in essentia & in potentiis, secundum quod per essentiam anime representatur unitas essentia diuina & per distinctionem potentiarum distinctio personarum; & similiter imago recreationis consistit in gratia & virtutibus.

AD VI. Dicendum, quod habitus acquisiti causantur ex nostris actibus, & ideo non pertinent ad animam, nisi mediantibus potentiis quarum sunt actus, gratia autem ex influentia diuina, & ideo non est simile.

AD VII. Dicendum, quod gratia præparat voluntatem mediante charitate, cuius gratia est forma.

ARTICVLVS VII.

Utrum gratia sit in sacramentis.

g. p. q. 62. ar. 3.

SEPTIMO queritur, utrum gratia sit in sacramentis. & videtur, quod non. culpa enim opponitur gratia: sed culpa non est in aliquo corporali. ergo nec gratia est in sacramentis, que sunt elementa materialia, secundum Hugo de Sancto Victore.

Li. de sacra. parte 9. c. 1.

¶ 2 Præ. Gratia ordinat ad gloriam; sed sola natura rationalis est capax gloria: ergo in ea sola potest esse gratia, & ita non est in sacramentis.

¶ 3 Præ. Gratia inter maxima bona computatur: sed maxima bona sunt in medijs bonis sicut in subiecto. cum ergo media bona sint anima & potentia eius, videtur quod gratia non possit esse in aliquo subiecto, & sic non est in sacramentis.

¶ 4 Præ. Sicut se habet subiectum corporale ad accedens corporale, ita subiectum spirituale ad accedens spirituale. ergo commutatim sicut subiectum corporale ad accedens spirituale, ita subiectum spirituale ad accedens corporale; sed accedens corporale in nullo subiecto spirituale esse potest. ergo nec accedens spirituale, quod est gratia, potest esse in corporalibus elementis sacramentorum.

r. de sacra. parte 9. c. 1. ante med.

SED CONTRA est, quod Hugo de S. Vict. dicit quod sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam continent.

¶ 2 Præ. Gal. 3. dicit Apost. sacramenta legalia esse infirma & egena elementa: quia gratiam non continent, ut dicit glo. si ergo in sacramentis noua legis non esset gratia, essent ipsa infirma & egena elementa; quod est absurdum.

¶ 3 Præ. Super illud psal. 17. Posuit tenebras &c. dicit glo. quod remissio peccatorum posita est in

baptismo; remissio autem peccatorum est per gratiam. ergo gratia est in sacramento baptismi, & pari ratione in aliis.

RESPON. Dicendum, quod gratia est in sacramentis, non quodem sicut accidens in subiecto: sed sicut effectus in causa, per modum illius, quo sacramenta causa gratia esse possunt. Effectus autem esse in causa dupliciter. Vno modo, secundum quod causa habet dominium super effectum, sicut ad nos tria dicuntur esse in nobis, & sic nullus effectus est in causa instrumentali, quæ non mouet nisi mota, unde nec sic gratia est in sacramentis. Alio modo per sui similitudinem, secundum quod causa producit effectum sibi similem; & hoc contingit quatuor modis. Vno modo, quando similitudo effectus est in causa secundum esse naturale, & secundum eandem rationem, sicut est in effectibus uniuocis, per quem modum potest dici quod calor aeris est in igne calefaciente. Secundo, quando similitudo effectus est in causa secundum esse naturale: sed non secundum eandem rationem, sicut patet in effectibus a uocis, per quem modum calor aeris est in sole. Tertio modo, quando similitudo effectus est in causa non secundum esse naturale, sed spirituale tamen quietum, sicut similitudines artificatorum sunt in mente artificis: forma enim domus in edificatore non est natura quædam, sicut virtus calefactura in Sole, vel calor in igne: sed est quedam intentio intelligibilis in anima quiescens. Quarto modo, quando similitudo effectus non secundum eandem rationem, nec ut natura quædam, nec ut quiescens, sed per modum cuiusdam defluxus est in causa, sicut similitudines effectuum sunt in instrumentis, quibus mediantibus defluit forma a causis percipientibus in effectus. & hoc modo gratia est in sacramentis, & tanto minus quanto sacramenta non pertinent directe, & immediate ad ipsam gratiam, de qua nunc loquimur: sed ad proprios effectus, qui dicuntur gratia sacramentalis, ad quod loquimur infusio gratia gratum facientis, vel augmentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa est in causa in aliquo pure corporali, scilicet in nomine peccatorum originale. Secundum & tertium concludunt, quod gratia non sit in sacramentis, sicut in subiecto.

AD IIII. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione uirtutis, per quam ad gratiam operantur.

AD III. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione uirtutis, per quam ad gratiam operantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa est in causa in aliquo pure corporali, scilicet in nomine peccatorum originale. Secundum & tertium concludunt, quod gratia non sit in sacramentis, sicut in subiecto.

AD IIII. Dicendum, quod spirituale non potest esse instrumentum rei corporalis sicut econuerso, & ideo non tenet in proposito proportio commutata. Alia que sunt in oppositum concedimus, ut si intelligatur gratia esse in sacramentis sicut in causis instrumentalibus & dispositionibus, & hoc ratione uirtutis, per quam ad gratiam operantur.

QVÆSTIO XXVIII.

De iustificatione impij.

In nouem articulos diuisa.

¶ Primo, Utrum iustificatio impij sit remissio peccatorum.

¶ Secundo, Utrum peccatorum remissio possit esse sine gratia.

¶ Tertio, utrum ad iustificationem impij liberum arbitrium requiratur.

¶ Quarto, Quis motus liberi arbitrii ad iustificationem requiratur, unum scilicet motus in Deum.

¶ Quinto, Utrum in iustificationem impij, requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.

¶ Sexto,